



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Tertius Tomus De examine Ordinandorum, Prædicatorum, &
Missionariorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060



EXAMINIS ECCLESIASTICI
TOMUS TERTIUS,
SIVE
EXAMEN
ORDINANDORUM, PRÆDICATORUM
ET MISSIONARIORUM,

Complectens Sacramentum Ordinis, & sacrosanctum Sacrificium Missæ, & aptas, atque expeditas regulas ad Apostolicum Sacramentum Consecrationis, & Missionis Ministerium ritè exercendum.

PARS PRIMA
De Examine Ordinandorum.

CAPUT I.
DE SACRAMENTO ORDINIS.

Quid, & quotuplex sit Ordo



Quod, est signum quoddam, in quo spiritalis potestas traditur ordinato ad sacrosanctum Missæ Sacrificium, & Eucharistiam perficiendam.

1 Ordines sunt septem: *Oficiarius, Choragus, Exorcistatus, Accolytatus, Sacroconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.*

2 Omnes ordines sunt res sacre, tamen quatuor dicuntur minores, & ceteri: ratio differentie est multiplex, & cetera. *Ultimi tres immediatè ordinantur ad sacrificium Missæ, & Eucharistiam perficiendam, 1. quia in Ecclesia Latina, & cetera, annexum votum solemne castitatis, & cetera, impediunt, & cetera, matrimonium, & cetera.*

obligant ad divinum Officium recitandum, 4. quia majores non possunt suscipi plures eodem die, sed unus, nec Subdiaconatus simul cum minoribus; neque suscipi possunt, nisi sex Sabbatis videlicet, quatuor anni temporum, Sabbato ante Dominicam Passionis, quo dicitur Strientes, & Sabbato Sancto, nisi ad huc dispensatio Papæ; minores vero suscipi possunt omnes quatuor eadem die, & non tantum in recessibus sex Sabbatis, sed etiam quolibet die Dominico, vel festo de precepto; imò ex consuetudine in die Veneris ante dicta sex Sabbata, vel in feria quarta quatuor temporum, *num. 26. V.* demum, quia majoribus initiati possunt solemniter, & ex officio sacra vasa nuda manu tangere, non à minoribus initiati, nisi ex commissione, & necessitate.

Non peccant autem aliquo ordine minori, nisi prius à tonsurâ initiati, nuda manu tangentes sacra vasa, in quibus non sit Eucharistia. Item nec laici, aut fœminæ peccant mortaliter, nisi ad huc contemptus, sed venialiter; imò neque venialiter, si ad huc iusta causa, aut necessitas. Vasa autem sacra, quæ Eucharistiam continent, tangi non possunt sine peccato mortali, nisi à Sacerdotibus, & Sacerdote deficiente à Diacono.

4. Episcopatus est ordo. Nam est spiritualis potestas ordinandi Sacerdotes, & Episcopos; conficiendi Sacramentum Confirmationis, Chrisma, Oleum sanctum, &c. non est autem ordo diversus à Sacerdotio, sed est quidam gradus, & extensio Sacerdotii ad præmissa munera; unde novum characterem non imprimitur, sed Sacerdotalem præexistentem ampliat; idem die de Archiepiscopatu, & Papatu.

5. Hinc invalidè, qui Sacerdos non est, ordinaretur in Episcopum, quia Episcopatus

essentialiter Sacerdotium prærequirit, non et in aliis Ordinibus, licet enim illic ordinaretur Sacerdos, qui aliis Ordinibus non esset initiatus, validè tamen ordinaretur, quia Sacerdotium non essentialiter, sed tantum ex præcepto alios ordines præsupponit.

Episcopus, si non consecratur à tribus Episcopis, sed ab uno solo ex dispensatione Pontificis, validè consecratur; quia ad est praxis Pontificum, S. Greg. & Greg. XIII. qui dispensarunt, ut refert Cardenas *disert. 2. n. 501.* 6. Cardinalatus non est ordo.

7. Omnes septem Ordines constituunt unum Sacramentum Ordinis unitate aggregationis, & ordinationis ad unum finem, qui est sacrificium Missæ, & Eucharistia conficienda.

8. Hinc tam Episcopus Ordines conferens, quam Clericus recipiens debet esse in gratia, aliàs peccabit mortaliter.

9. Omnes Ordines imprimunt characterem, ac proinde non possunt sine sacrilegio reiterari.

10. Character, qui ab Ordine imprimitur, est quedam qualitas spiritualis animæ inhaerens, & definitur, quod sit signum quoddam spirituale impressum in anima, per quod distinguitur homo tali signo signatus ab aliis, & dignoscitur Deo consecratus, & ab eo deputatus ad gratias, & dona Christi dispensanda, & ad ejusdem munera exercenda. Character imprimitur, quando tangitur instrumentum porrectum ab Episcopo proficiente verba,

Character enim imprimitur eo tempore, quo producit gratia; quia character est effectus secundarius, gratia primarius. Gratia autem producit in eo instanti, quo Sacramentum est completum; quia Sacramentum est signum practicum; unde gratiam cau-

fat in eo instanti, quo habet perfectam significationem, ad quam est institutum: *v. n. 183.*

Si ponatur obex peccati mortalis, gratia non causatur, causatus verò character, gratia illa ex operato causatur solum ablato obice:

11 Materia remota Sacramenti Ordinis in generali est ipsum instrumentum, materia proxima est traditio, & acceptatio ipsius instrumenti: forma verò sunt verba prolata ab Episcopo in traditione instrumenti.

Materia, & forma debent esse simul moraliter; requiritur autem contactus physicus materiae, & intentio actualis, aut saltem virtualis in Episcopo conferente; sufficit habitualis in Clerico suscipiente, de quibus fuit infra, & in *tom. 1. de Sacram.*

12 Effectus Sacramenti Ordinis sunt augmentum gratiae, & character. Sacramentum, inquam, Ordinis per se causat non primam, sed secundam gratiam, nempe augmentum gratiae habitualis; per accidens verò primam.

Ratio primi est, quia causare per se primam gratiam solum convenit Sacramentis reconciliativis, cujusmodi sunt Baptismus, & Pœnitentia, minimè Ordo.

Ratio secundi est, quia sicut id conceditur aliis Sacramentis non reconciliativis, ita debet concedi Ordini. Casus autem esse potest; si quis dum ad Episcopum ordinandus accedit, recordetur alicujus mortalis, & Confessarium non habens eliciat actum attentionis, quem inculpabiliter putat contritionem, iste stante bonâ fide ex vi Sacramenti Ordinis, quod suscipit, justificatur; adeoque Sacramentum per accidens causat primam gratiam.

13 Sacramentum Ordinis ultra secundam gratiam sanctificantem, & characterem, causat gratiam sacramentalem, & sunt specialia

quodam auxilia functionibus. Et effectus
cujusque ordinis proprie causata, per quos
aliquo ordine est insignitus, ad officia illa
re. Et rite exercenda peculiariter modo parat.
Et ad hoc efficitur.

Quae specialia auxilia non solum in
Ordinis susceptione, verum etiam, quia
Ordo ipse exercetur, intuitu Ordinis
conferuntur: *v. tom. 1. de effectibus Sacram.
in genere.*

14 Sacramentum Ordinis fuit institutum
à Christo, quando die Cenesae, postquam
municavit Apostolos, dixit: *Hic facite
memoriam commemorationem.*

De his, quae sunt de substantia, ac
de solemnitate Ordinis.

15 **A**D substantiam, & valorem Sacramenti Ordinis requiruntur, nihil aliud quatuor.

16 Primum, est potestas Ordinandi, esse debet Episcopus consecratus, qui non esset haereticus, schismaticus, suspensus, degradatus, illicitè, sed valide consecratus; ordinum collatio est actus ordinis, non jurisdictionis, ordo autem, quia est indelibilis, semper manet in eis. Minores possunt et privilegio Abbates conferre.

17 Secundum, materia, forma, & intentio, tam Episcopi conferentis, quam suscipientis, ut in *n. 11.* Omnino vide in *tom. 1. de Baptismo, ver. Minister, causam* de qua qui ad Ordines suscipiendos accedit, non protestationem Episcopi.

18 Tertium, est sexus virilis: hinc causatur est incapax ordinum, pariter heretico, & schismatico, in quo sexus foemineus praevaleat, & non autem ordinatur, si sexus virilis praevaleat, sed si post ordinationem incipiat praevaleat, si sexus foemineus, non potest valide ordinari.

aut absolvere, licet characterem retineat: hinc valide, & si illicite ordinantur amentes, caeci, & similes irregulares, estò hi maneant iure Ecclesiastico suspensi; & pueri rationis non compotes, qui tamen ad castitatem non tenentur vi voti, nisi adveniente usu rationis satisficent. Omnino vide *com. n. in imped. m. r. de ord. ne sacro.*

19 Quartum denique, quòd sit baptizatus baptismò fluminis.

Baptizatus baptismò sanguinis, aut fluminis, salvati potest, sed non valide ordinari. Quòd si bona fide ordinaretur, invalida esset ordinatio; adeoque repetenda, quia ex iure divino baptismus fluminis est in via omnium sacramentorum: *In lib. 3. Decr. tit. 43. de presbytero non baptizato cap. 1. §. 2.*

Angelus, nec licite, nec valide ordinari potest; quia subjectum Sacramentorum ex institutione Christi est homo viator: *v. tomo 1. de subjecto sacram.*

20 Adlicitam autem Ordinum susceptionem requiruntur plura ex parte subjecti, ex parte Ministri, & ex parte utriusque.

EX PARTE SUBJECTI.

21 Requiritur primò, status gratia.

Sufficit, si ponatur in gratia per contritionem ad differentiam sumptionis Eucharistiae, ut *nu. 279.* Secundò, quòd sit confirmatus. Tertio, titulus sustentationis, beneficii scilicet, patrimonii, vel Religiosae paupertatis, ejus tamen, quam solemniter Religiosi in professione emittunt. Quarto, scientia sufficiens. Quintò, licentia Ordinaris, seu licentia dimissoriae. Sextò, quòd non sit irregularis, suspensus, excommunicatus, aut alio canonico impedimento interdictus. Septimò, demum aetas sufficiens pro prima tonsura, & tribus minoribus requiritur septenniù completum: pro Accolytatu annus duodecimus

completus; pro Subdiaconatu annus vigesimus secundus inchoatus; pro Diaconatu annus vigesimus tertius inchoatus; pro Sacerdotio annus vigesimus quintus inchoatus.

22 Capellanus ordinari potest titulo beneficii, si Capellania sit collativa, videlicet sacra, perpetua, & congrua sustentationi Clerici sufficiens, juxta *Trid. sess. 21. de refor. cap. 2.* minime si sit non collativa, seu laica, quia illa est beneficium, non ista: *v. tomo 1. de beneficiatis.*

23 Religiosus, qui ordinatur titulo paupertatis, si fiat Clericus secularis, tenetur patrimonium assignare; quia est in statu seculari, in quo honestam habere debet sustentationem, juxta *Trid. cit. Inò si erat Subdiaconus, non potest ad alios ordines promoveri sine beneficio, aut patrimonio.*

24 Hinc *Port. v. Ordines sacri nu. 8.* docet, quòd scienter emisit professionem invalidam, mortaliter peccet suscipiendo Ordinem sacrum; quia ordinatur sine titulo, quòd est contra Jus Canonicum. Ordinatus sine titulo, per saltum, absque dimissoriis, sine legitima aetate, est suspensus ab ordine, & si in illo ministret, sit irregularis. *Port. cit. n. 13.*

De his poenis, & censuris agit *Trid. sess. 7. de reform. cit. n. 30. sess. 21. de reform. c. 1. n. 2. sess. 23. de refor. c. 3. §. 17. & Tamb. de Ord. cap. 12.* ubi agit de poenis male conferentis, aut recipientis ordines.

25 Qui verò Sacerdotium suscipit cum aliquo impedimento, ob quòd est suspensus ab ordinibus, non fit irregularis per hoc præcisè, quòd cum Episcopo consecratur in Missa, in qua ordinatur; quia non dicit verè Missam; adeòq; non exercet ordinem: ita *Port. cit. n. 7.*

26 Qui presbyteratus ordinem suscipit in peccato mortali, peccat mortaliter. 1. Ordinem suscipiendo in acceptatione materiae, & usu formae; quia Sacramentum suscipit. 2.

Q9999 3

Ver-

Y. 29 consecrationis in Nulla Ordinationis proferendo; quia cum Episcopo Sacramentum conficit. 4. Communicando, quia Sacramentum Eucharistia suscipit.

Et quia non potest sine mortali à prolatione verborum consecrationis, nec à communionē abstinere, cū n̄ sint materiæ gravis graviter præscripta ab Ecclesia, tenetur tunc conteri.

EX PARTE MINISTRI.

27 **R**equiritur primò status gratia. Secundo, ut Episcopus consecratus non sit suspensus, aut alio canonico impedimento interdictus. Tertio, ut sit Ordinarius; non potest enim ordinare, nisi subditos, aut alienos cum dimissorias proprii Ordinarii.

28 Tripliciter autem potest aliquis esse subditus alicui Episcopo. Primò, ratione originis, quatenus in ejus Diocesi natus est, non casu, & per accidens. Secundo, ratione domicilii, quatenus ibi habitat animò perpetuo manendi, ad quod sufficiunt decem anni. Tertio, ratione beneficii, quod tenet in tali Diocesi, quod sit ad congruam sustentationem sufficiens: quod idet ex his tribus modis sit subditus, potest ab Episcopo ordinari, & ab eo petere dimissorias, juxta Bullam Innoc. XII. omnino attendendam in *num. 38*.

29 Ordinatio Clericorum nullius Diocesis spectat ad Episcopum, intra cujus Diocesis fines locus situs est. Quod si locus sit omnino extra fines, spectat ad Episcopum illum, cujus Ecclesia Cathedralis est proximior. *Fagnanus lib. 1. Decr. cap. Significasti num. 23.*

30 Regulares in Italia, v. gr. existentes habentes dimissorias à suis Prælati à quocumq; Episcopo intra Italiam ordinari posse, docet Tamb.

31 Episcopus non potest Ordines sacros [beneve o minores] nisi inter Missarum so-

lemniam ab ipomet celebrata conferre. *Illis; aut alio celebrante sine dispensatione* tificis conferat illicite confert, quia contra ecclesiam consuetudinem, & Rubricas Pontificis: sed valide, quia de essentia sacramenti est sola materia, forma, & intentio nec usum ad est decretum irritum. *Udo* nio Silvestri quòd talis collatio sit irrita non est probabilis, sed destituta fundamentis. *Gobat. tom. 1. tit. 8. num. 257.*

Si verò ordinandis jam convocatis & prebendam qua esset collatio facienda, non veniret Episcopo magna difficultas statum minus obeundi, & nullus alius esset Episcopus, qui posset, aut vellet supplere, non esset licite curare Missam celebrari per illum Sacerdotem, & ipse conficere jidique ex *keja*, & generali interpretatione, quatenus in requisitis majoris considerationis adhiberi solent, ob graviam incommodam, quæ eveniret si sine ordinatione remitterentur jurem. *Gobat. cit. num. 26.*

EX PARTE UTRIUQUE

32 **R**equiritur primò tempus, in Ordines debent conferri, de quo dictum est *num. 3.*

Secundo requiruntur interstitia temporum, hoc est temporis intervalla inter unum & alium Ordinem.

33 Inter primam tonsuram, & ostiendam non debent intercedere interstitia. Inter tonores debet intercedere aliquod intervallum arbitrio Episcopi, qui potest dispensare eodem die conferre. Inter Accolytatum, & Subdiaconatum, & pariter inter quoslibet Trident. debet intercedere annus, qui licet, si sit Ecclesiasticus, ab uno Sabbato, & 8. Sitientes, ad alium similem sequentem Sabbatū etiam si non intercesserint duodecim menses integri; & à fortiori solent annos transire, licet Ecclesiasticus annus non finiret.

INNOCENTIUS, &c.

34 Dispensare super interdictis possunt Episcopi, possunt etiam Regulares cum suis subditis; qui tamen monentur, ut ex modestia non dispensent, sed in dimillioris Episcopos rogent, ut dispensent.

35 Dispensatus à Summo Pontifice super defectu ætatis, adhuc indiget, ut super interdictis dispensetur, si tempus inter unum, & alium Ordinem præscriptum non sit elapsu; quæ ætas, & intervallum temporis inter unum, & alium Ordinem sunt duo requisita disparata ac proinde dispensatus super uno, super alio dispensatus minimè censetur.

36 Potest Episcopus eodem die primam tonsuram, & quatuor minores conferre, minimè minores cum Subdiaconatu; potest autem minores cum Subdiaconatu eodem die conferre ex causa, vel ubi adest consuetudo, etiam sine causa. Duos autem majores eodem die conferre non potest sine Papæ dispensatione, *num. 3.*

37 Tertio denique requiritur, ut servetur ordo inter collationem, & receptionem unius, & alterius; debent igitur recipi eodem ordine, quorum altero secundo sunt numerati.

Si autem reciperetur Diaconatus v. gr. ante Subdiaconatum, & sic de cæteris, valida esset receptio, sed hic qui esset per saltum ordinatus, maneret suspensus à sui ordinis executione, & ulteriori receptione; potest tamen Episcopus cum eo dispensare, nisi ante huiusmodi dispensationem solemniter ministrasset in ordine per saltum suscepto, quia tunc est necessaria dispensatio Summi Pontificis.

Conc. Trid. sess. 23. de refor. cap. 14.
INNOC. XI. CONSTITUTIO.

A. Pud Pignatelli *tom. 10. post consultar.*

13.
Quæ plura declarantur, ac præscribuntur, pro tollendis abusibus, & fraudibus circa Ordinationes alienorum subditorum.

38 Speculatores domus Israel, &c. Ceterum per ea ipsa indulta, &c. salutare in illam, quam S. Gen. Trid. Concilii Decreta de non Ordinandis ad patrimonii titulum, nisi illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assuetos judicaverint, & præferunt disciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimò nec unquam ad indulta huiusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare; sed illorum executionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissime oneratas volumus, prorsus relinquere declaravimus, &c.

39 Verum quò impentius, &c. delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidie malignarum inimicum in Sancto, &c. Motu proprio, & ex certa scientia, &c. Hanc generali noxia, & perpetuò valiturâ Constitutione decernimus, & declaramus, nulli Episcopo, seu cuiusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere externam quempiam, ac sibi ratione originis, seu domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitime contracti non subditum, ad Clericalem tonsuram promovere, cuiusvis beneficii Ecclesiastici ei statim, & tonsurâ huiusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu; etiam si beneficium prædictum de novo ea expressè adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post Clericalem characterem susceptum ad illud instituat. Præterea Clericum, qui legitime jam à proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsuram, seu

„ seu etiam ad minores Ordines promotus
 „ fuerit, non posse ab alio Episcopo rati-
 „ ac titulo cujuscumque beneficii in illius
 „ Diocesi obtenti ad superiores Ordines pro-
 „ moveri, nisi ante eorumdem susceptionem
 „ testimoniales litteras proprii Episcopi, tam
 „ originis, quam domicilii, super suis nata-
 „ libus, etate, moribus, & vita sibi conce-
 „ di obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti
 „ in actis illius Curiae conservandus exhibue-
 „ rit.

„ 40 Licet verò Clericus ratione cujusvis
 „ beneficii in aliena Diocesi obtenti subjec-
 „ dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cu-
 „ jus Diocesi beneficium hujusmodi situm
 „ est; eam tamen de cetero hac in reincon-
 „ cuse, servari volumus regulam, ut nemo
 „ ejusmodi subjectionem ad effectum susci-
 „ piendi Ordines acquirere censeatur, nisi
 „ beneficium prædictum ejus sit redditus, ut
 „ ad congruam vitæ sustentationem, sive
 „ juxta taxam synodalem, sive eâ deficientem,
 „ te, juxta morem regionis pro promovendi-
 „ dis ad Sacros Ordines, detractis oneri-
 „ bus, per se sufficiat, illudque ab Ordinan-
 „ do pacifice possideatur, sublatâ quacum-
 „ que facultate supplendi, quod deficeret
 „ fructibus ejusdem beneficii, cum adjectio-
 „ ne patrimonii etiam pinguis, quod ipse
 „ Ordinandus in eadem, seu alia quavis
 „ Diocesi obtineret, ac Episcopus sic Ordina-
 „ ns, tam de prædictis testimonialibus lit-
 „ teris, quam de redditu beneficii hujusmodi
 „ expressam in consueta collatorum Ordini-
 „ num attestatione mentionem facere debe-
 „ bit.

„ 41 Cæterum subditus ratione originis, is
 „ tantum sit, ac esse intelligatur, qui natu-
 „ raliter ortus est in ea Diocesi, in qua
 „ ad Ordines promoveri desiderat, dum-
 „ modo tamen ibi natus non fuerit ex acci-

„ denti occasione nimirum itineris, vel
 „ cii, legationis, mercaturæ, vel cupi-
 „ alterius temporalis moræ, seu permoran-
 „ tiæ ejus patris in illo loco, quo collatum
 „ tenus ejusmodi fortuita navitas, sive
 „ ra tantum, & naturalis patris origo
 „ tendenda. Quod si quis tanto tempo-
 „ spatio in eo loco, in quo ex accidenti
 „ cut præmittitur, natus est, mox tunc
 „ rit, ut potuerit ibidem canonico
 „ impedimento icretiri, tunc etiam ab
 „ natio ejus loci litteras testimoniales, ubi
 „ pra, obtinere illasque Episcopo Ordi-
 „ nanti per eum collatorum Ordinum
 „ stimonio similiter referendas præsentari
 „ teneatur.

„ 42 At si pater in alieno loco, ubi
 „ lius natus est, tandiu, ac eo antequam
 „ manserit, ut inibi verò domicilium
 „ contraxerit, tunc non origo patris, sed
 „ micilium per patrem legitime, ut proba-
 „ tur, contractum, pro Ordinatione
 „ filii attendi debeat.

„ 43 Subditus autem ratione domicilii
 „ ad effectum suscipiendi Ordines, ubi
 „ taxat censeatur, qui licet alibi natus
 „ rit, illud tamen adeo stabiliter contine-
 „ rit in aliquo loco, ut vel per dies
 „ nium saltem in eo habitando, vel in
 „ rerum, ac bonorum suorum præsentia
 „ instructis ædibus in locum hujusmodi
 „ transferendo, ibique in super præsentia
 „ considerabile tempus commorando, in
 „ superque suum perpetuò ibidem per-
 „ nendi animum demonstraverit, & non
 „ minus ulterius utroque casu, se verò, tan-
 „ liter animum hujusmodi habere, juxta
 „ do affirmet, Si quis tamen à propriis
 „ gnis loco in ea ætate discesserit, qui
 „ tuerit alicui canonico impedimento
 „ xius effici, etiam Ordinarij sine originis

moniales litteras, ut supra, afferte debe-
bit, ac de illis expressa similiter mentio in
susceptorum Ordinum litteris facienda
erit.

44 Ad hæc nullus Episcopus alienæ
Diocesis subditum familiaritatem suam ad
aliquos sacros, seu minores Ordines, vel
etiam primam tonsuram pro movere, seu

ordinare præsumat absque ejus proprii,
originis scilicet, seu domicilii, Prælati ce-
rimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad

præscriptum Concilii Tridentini præfati
sess. 23. cap. 9. de reform. familiaritatem prædi-
ctam per integrum, & completum trien-

num in suo actuali servitio secum retine-
rit, ac suis sumptibus aluerit: Beneficium
insuper, quod ei ad vitam sustentandam,

juxta modum superius præfinitum, suffi-
ciat, quâcumque fraude cessante, statim,
hoc est saltem intra terminum unius mensis

à die factæ ordinationis, se ipsa illi conferat,
ac in Ordinationis hujusmodi testimonio
expressam iidem familiaritatis, ac litte-

rarum prædictarum mentionem facere te-
neatur.

45 Porro, ut quicumque fraudibus adi-
tus omnino præcludatur, volumus, &
Apostolicæ Authoritate statuimus, atque

decernimus, ut Episcopus quilibet suos
ratione originis, sive domicilii subditos
Clericos quoscumque ab alienis Episco-

pis quavis authoritate, etiam cum suis
commendatitiis litteris promotos, nedum
ad formam Concilii Tridentini prædicti

sess. 24. cap. 3. de reform. quo ad scientiam exa-
minare valeat, verum etiam Ordinum eis
collatorum testimoniales litteras, gratis

tamen, recognoscere, ac diligenter per-
quirere, an quo ad illos præsentis Consti-
tutionis formam, & dispositio, adimpleta
fuerit, assignato sic promotis termino

Pet. Exam. Ecclesiast. Tom. II.

competenti ei magis benevise ad docen-
dum de ejusmodi adimplemento, ita ut
quos eo termino elapso id minimè præsti-
tisse compererit, à susceptorum Ordinum
exercitio, si ita, & quamdiù ei expedire
videbitur, suspendere, illisque, ne in Alta-
ri, aut in aliquo Ordine ministrent, in-
terdicere possit.

46 Ita verò præmissa omnia, & singu-
la, perpetuò, ac inviolabiliter observari,
atque adimpleri volumus, ut si quid in his-

dem præmissis, seu eorum aliquo secus
fiat, Ordinans quidem à collatione Ordi-
num per annum, Ordinatus verò à susce-

ptorum Ordinum executione, quamdiù
proprio Ordinario videbitur expedire, eò
ipso suspensus sit, aliisque insuper gravio-

ribus pœnis pro modo culpæ nostro, &
pro tempore existentis Romani Pontificis
arbitrio infligendis uterque subiaceat, &c.

47 Decernentes pariter eandem præsen-
tes litteras semper firmas, & validas, & ef-
ficaces existere, & fore, &c. Ac irritum,

& inane, si secus super his a quoquam quâ-
vis authoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari. Non obstantibus præ-

missis, ac Constitutionibus, & Ordi-
nationibus Apostolicis, &c. ceterisque con-
trariis quibuscumque, &c. Datum Ro-
mæ apud Sanctam Mariam Majorem, An-
no Incar. Domini. 1694. Prædie novas No-

vembreis.

DE BENEFICIO, ET PATRIMONIO

Decretum Trid. sess. 21. de reform. cap. 2.

48 **C**um non deceat eos, qui divino
ministerio ascripti sunt, cum
Ordinis dedecore mendicare, aut sordi-
dum aliquem quaestum exercere: comper-

R r r r

2, um-

tumque sit, complures plerisque in locis ad
 sacros Ordines nullo ferè delectu ad
 mitti, qui variis artibus, ac fallaciis confin-
 gunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut
 etiam idoneas facultates obtinere: statuit S.
 Synodus, ne quis deinceps Clericus secula-
 ris, quamvis aliàs sit idoneus moribus, sci-
 entia, & aetate, ad sacros Ordines promo-
 veatur, nisi prius legitime constet, cum be-
 neficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vi-
 dum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id
 verò beneficium resignare non possit, nisi
 facta mentione, quod ad illius beneficii titu-
 lum sit promotus; neque ea resignatio
 admittatur, nisi constito, quod aliundè
 vivere commodè possit, & aliter facta reli-
 gnatio nulla sit. Patrimonium verò, vel
 pensionem obtinentes, ordinari posthac
 non possint, nisi illi, quos Episcopus judica-
 verit assumendos pro necessitate, vel com-
 moditate Ecclesiarum suarum, eo quoque
 prius perspecto, patrimonium illud, vel
 pensionem verè ab eis obtineri: taliaque es-
 se, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint,
 atque illa deinceps sine licentia Episcopi a-
 lienari, aut extingui, vel remitti nullatenus
 possint, donec beneficium ecclesiasticum
 sufficiens sint adepti, vel aliundè habeant,
 unde vivere possint, antiquorum canonum
 pœnas super his innovando.

49 Nullus igitur secularis potest licitè Or-
 dines sacros suscipere, nisi ad titulum benefi-
 cii; ad titulum verò patrimonii, vel pensionis
 ex necessitate, aut commoditate Ecclesie ju-
 dicio Episcopi.

Beneficium, patrimonium, vel pensio, tres
 conditiones exposcit.

50 Prima, quod sit sufficiens ad honestam su-
 stentationem Sacerdotis, juxta judicium, &
 præscriptionem Episcopi loci. In Synodo Panor-
 mitana dispositum est, debere esse Panormi

scutorum 60. & insuper quòd possit
 Ordinari ad titulum Vivandæ in Cathedrali
 Ecclesia; in Diocesi 40.

52 Si patrimonium non sufficiat, sit etiam
 junctum beneficio tenui sufficiat, & e con-
 so. Ita Com.

At hoc solum est verum in casu, qui
 liceret Episcopo ad titulum patrimonii
 ricum Ordinare, puta ex necessitate, aut com-
 moditate Ecclesie; tunc namque si pat-
 monium subrogari potest totum in locum
 totius beneficii, juxta Trid. relatum, supra
 in partem.

53 Hoc tamen casu seculo, defectu be-
 neficii non potest suppleri per patrimonium
 am pingue, ex Const. Innoc. XII. relatum
 Ubi Pontifex expressè ait, se velle con-
 servari Decreta Trid. adeoque cum Trid.
 (extra præmissam necessitatem, &c.) pro-
 hibeat, quem ordinari titulo patrimonii
 sequenter prohibet, beneficium per pat-
 monium, sive in totum, sive in partem
 54 Eandem prohibitionem confirmat
 noc. XII. in relata constit. num. 38.

54 Patrimonium, ad cujus titulum
 ordinatur, gaudet privilegiis honorarii be-
 neficii, quia subrogatur in locum beneficii
 tamen subiectum solutioni decimarum
 locorum consuetudinem. Fagnanus de b.

55 In collatione cum aliis fratribus
 tur quis patrimonium computare loco
 ma, nisi de expressa voluntate patris, pater-
 tis sine præjudicio legitime abortivi, pat-
 monium filio assignare, constat contra

56 Secunda quod sit perpetua conditio
 super re certa, & immobili. Unde nec
 quis ordinari ad titulum suæ indultæ
 ris, aut artis, ex Decl. Sac. Congr. Cons.

potest promoveri, qui ex industria, vel
 honesto lucratur (puta quod sit
 Magister grammaticæ, puer, vel alius)

professionis) sufficientia ostentationem vita. Apud Gobat, tom. 1. tract. 8. num. 626 Nec potest quis Ordinari ad titulum Vicarie, aut Capellanie amovibilis.

57 Sufficit ad patrimonium census redemptio, cautione tamen præstita, ut in casu redemptionis; capitale deponatur Judicis decreto apud personas idoneas, ut iterum census constituatur.

58 Sufficit utulus prædicationis perpetui: Beneficii consistentis in distributione quotidianis perpetuis: servitii perpetui alicujus Ecclesie habentis fructus congruentes aut Capellanie perpetue; æquivalent enim beneficio. Hinc qui obtinet Capellaniam in Capella Pape, ad Sacros Ordines promovetur: v. tom. 1. ver. Beneficiari.

59 Tertia, quid possideatur pacificè. Hinc non debet esse litigiosum, etiam si litigium sit super possessione. Non sufficit spes, etiam certa, aut jus ad beneficium, pensionem, vel patrimonium. Nec quod Ordinandus sit jam præsentatus, aut electus ad beneficium, etiam si possessio beneficii, &c. in jure impediatur; quia Conc. expolcit pacificam possessionem ante Ordinationem, ut in can. 48.

60 Qui beneficium possidet, potest ad Sacros Ordines promoveri, quamvis fructus illius non statim sed certo post receptum Sacerdotium sit percepturus. Leander, Castropal. Gargia, Ant. à Sp. S. & alii de Ordine infra contra Philibertum. Quia verè de præsentati beneficium pacificè possidet, quod Trid. expolcit.

61 Deniq; posse quem ordinari sine sufficienti beneficio, patrimonio, &c. maxime, ubi adest Sacerdotum penuria, cum sola fideiussione alimentorum, quatenus quis potens, & valens spondeat se necessaria ordinandis ministraturum, docent Leander, & apud ip-

sum Dian. par. 5. tr. 10. ref. 48. cum aliis contra Philibertum; quia hic est satis, & certò provius de congrua sustentatione, quod est finis Concilii.

62 Ordinatus jam in Sacris non potest, nec licite, nec valide, beneficium resignare, nec patrimonium alienare, donando, vendendo, permutando, &c. nisi de illo partem ad suam congruam sustentationem sufficientem retineat, aut nisi aliud obtinuerit, unde commodè vivere possit: Et tunc, non nisi de licentia Episcopi, qui post diligens examen de sufficientia judicet.

63 De præmissis tribus conditionibus aliquid tangit Innoc. XII. in sua const. nu. 40. C. 44.

QUÆRES I.

64 An qui Ordines Sacros suscipit cum beneficio, aut patrimonio factò suspensionem incurrat?

Peccare mortaliter, in quantum facit testes falsum jurare, sed non incurrere censuras, tenent Castropal. de Ord. tr. 27. p. 22. Dian. par. 2. tr. 16. ref. 9. par. 5. tr. 10. ref. 50. Anton. à Spir. S. tract. 9. disp. 4. à num. 129. Gobat. tom. 1. tra. 8. num. 604. & quàm plures apud illos. Ratio est; quia Trid. innovat pœnam suspensionis per Sacros Canones antiquos inflictam sub hac clausula, nisi Prius legitime constet. eum beneficium, aut patrimonium, quod sibi ad vitium honestè sufficiat, pacificè possidere; quando autem quis eum factò patrimonio promoveatur, jam legitime constat per informationes [licet per falsos testes] eum pacificè patrimonium possidere; adeoque suspensionem non incurrit.

65 Resp. eum suspensionem incurrere Leander de Ord. tract. 6. disp. 9. quest. 4. Fagn. in lib. 3. Decr. cap. Cum secundum. tit. de præbendis. Rodr. Bonac. Ledesma, & quàm plures.

Rursus 2

106

res apud eos. Ratio est; quia qui ordinatur cum beneficio, aut patrimonio ficto, reverà ordinatur sine titulo; nam beneficium, & patrimonium fictum, reverà nō est beneficium, nec patrimonium. Tum quia (ex Fagnano) totus finis Sacrorum Canonum, *cap. Nemini*, *cap. Diaconi*, & *cap. Postulasti de rescriptis*, atque etiam Trid. innovantis, fuit, ne Clerici mendicarent, cum hoc cederet in dedecus statūs; ad quod in conveniens vitandum duas statuere pœnas: Unam suspensionis ex parte ordinandi sine titulo; nam pœna suspensionis retrahit Clericum ne sine titulo ordinetur; & si ordinatur, jam suspenditur ab exercitio ordinis, & tunc si mendicet, non est tam inconveniens, dum ordinem non exerceat. Aliam ex parte Episcopi Ordinantis, nimirum ut Episcopus scienter Ordinator teneatur de mensa Episcopali ordinato sine titulo alimenta præstare; unde sublata per absolutionem suspensionis Clerici, remanet pœna in Ordinatore.

Data autem sententiâ, quod qui Episcopum decipit, & cum ficto patrimonio ordinatur, non esset suspensus, inconveniens illud non vitaretur; nam ex una parte Clericus sic promotus non esset suspensus; adeoque posset Ordinem exercere; ex alia parte non posset ab Episcopo alimenta petere, nec ille ad ea teneretur; quia promovit deceptus, & bonâ fide post diligentiam adhibitam putans verum patrimonium habere; adeoque esset in periculo mendicandi, quod Sacri Canones, & Conc. sunt acriter detestati.

66 Ex quo fit, pœnam suspensionis per antiquos Canones contra Ordinatos sine titulo fulminatam, non fuisse à Trid. correctam, & ad præfatam clausulam reductam, sed absolute innovatam. Quod maximè liquet ex eisdem sine: *Qui variis artibus, ac fallaciis consurgunt, se beneficium Ecclesiasticum aut etiam idone-*

as facultates obtinere, ad quas artes, fallaciæ & fictiones beneficii, aut patrimonii extendendas, immediate pœnam suspensionis eorum Canonum contra Ordinatos sine titulo fulminatam innovat. Unde in illa clausula nisi prius legitime constitit, & legitime pœna ad æquatum actum iudicii afficit, nec innovationes, & iudicium, seu determinationem, & approbationem Episcopi, contra Trid. expressè vult, fallacias, & fictioes pœniam excludere, per hoc ipsum vult, & fallaces innovationes excludere. Quod dicitur

67 Denique Fagnan. cit. assert. Dec. in Congr. his suis verbis:

Die 27. Nov. 1610. S. C. Conc. proinde, supradicto dubio, omnium sententia fuit, hoc casu pœnam suspensionis omnino non fuisse correctam, & hinc Trid. Conc. esse innovatum, & proinde huiusmodi Clericum, qui adhibito ficto, confectoque titulo Ordinatum dicitur, esse ipso jure suspensum, carens executione.

Hæc sunt verba Fagnani.

68 Colligitur etiam ex Const. Innoc. III. *num. 4.* denique Synodus Pano. contra anno 1652. & 1691, suspensionem omnibus huiusmodi fulminat his verbis:

69 Ne verò fraudes diligentia nostrorum tentent forte deludere per retrocessiones, cessiones, aliq; pacta; declaramus, si quis esse patrimonium illud, quod ab aliquo creditur cum prævio pacto non erigendum, & annuos, vel eos retrodonandi, vel potest modolibet retrocedendi. Declaramus etiam, in pœnam suspensionis à pure innovatam, incurrere, qui cum hoc, & ficto, & falso lato patrimonio ad sacros Ordines promoti, eandemque pœnam suspensionis à pure innovatam, si quatenus oportet, denuò injungimus.

QUÆRES II.

74 *Quis promovetur ad Sacros Ordines cum patrimonio sibi donato hac sub conditione, ut post ordines susceptos illud restituat donanti. An suspensionem incurrat?*

Negat incurrere Leander *de ord. tr. 6. dis. 9. q. 5.* & apud ipsum Ledesma cum aliis. Quia hic non promovetur cum ficto patrimonio, sed vero.

75 Nec obstat (ait) pactum; quia ordinatus non tenetur illi stare, nec patrimonio restituere; idque in penam donantis, qui voluit Episcopum, & Ecclesiam decipere. Et maxime, quia ex Trid. cit. est interdicta promotio, & declarata nulla omnis alienatio patrimonii. Unde hic solum peccavit mortaliter ratione pacti, quod iniit, quod nullum, & invalidum ex jure esse sciebat; minime censuram incurrit: ita illi.

76 Dico, quod si talis promotus patrimonio recepit, non ut donatum, sed ut commodatum, ut illud ostenderet Episcopo, sicque deciperet, utique suspensionem incurrit; quia cum ficto patrimonio est promotus, & inde tenetur illud restituere commodanti. Qui casus est attendendus; quia in dedecus status sacerdotalis, & in fraudem Sacrorum Canonum audiri practitari. Idem Dico, si recepit ut donatum cum pacto retrodonandi, ex *nu. 69.* quia est palliata donatio.

QUÆRES III.

77 *Quis cum patrimonio sibi donato promovetur ad Subdiaconatum, & Diaconatum, post quem patrimonium absque ullo ad id prævio pacto (donanti renunciat, absque eo, quod aliud ad congruam sustentationem sufficiens obtinuerit, & inde ostendens testimonium patrimonii renunciati, aut alienati renun-*

R E F F E R T U R

Et ne ullus fraudibus locus restet, præcipimus Ordinandis sub titulo patrimonii, ut præter scripturas, quæ ad hunc finem præsentare tenentur, jurare quoque debeant, verum, & legitimum esse patrimonium nec ullâ fraude, & simulatione confectum quod juramentum præstare etiam debet, qui patrimonium confert; de quo præfatio juramento, atque patrimonii securitate, & quod in eo serventur sacrosancti Concilii Tridentini dispositiones, Vicarius Foraneus loci fidem faciat, & alius sciant perjurii severè à nobis se esse puniendos.

70 Qui promovetur ad Ordines sacros sine titulo, & pactum facit cum Ordinatore, aut Präsentatore non petendi ab eo quiddam pro alimentis, per hoc quod ordinatur sine titulo, est absolute suspensus ab exercitio Ordinis sic suscepti. Et Ordinator suspenditur à collatione Ordinum per triennium: *In c. penult. de simonia, & in c. per tuas, de simonia.* Qui textus respiciunt circumstantiam simonia; nam talis collatio, aut presentatio censetur facta ex pretio, quatenus qui ordinatur, ut ordinatur, remittit collatori debitum, quod habet ex jure, alimenta præstandi. Et solum loquantur de pacto inito cum collatore, aut presentatore, minime cum aliis.

71 Qui habet patrimonium, sed sufficiens, fugit autem sufficiens, incurrit suspensionem si defectus sit notabilis, juxta dicta de ficto patrimonio. Minime si defectus sit modicus.

72 Patrimonium sufficiens dicitur, quod accedit ad summam præscriptam ab Episcopo loci, ad Episcopum enim ex Trid. spectat sufficientiam præscribere, ex Trid. *nu. 48.* & ex consuet. Innoc. XII. *num. 40.*

73 Defectus notabilis erit, si deficiat quinta pars, v. gr. ex viginti quinque deficiant quinque. Diana *par. 4. tr. 4. res. 52.* cum Sanchez, & Navar.

evatione tacita, Sacerdotium suscipit. An suspensionem incurrat?

Affirmo cum pluribus apud Th. Sanchez tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 40. & 38. A ratio, quam adducunt, quia scilicet donatio illa sit valida, est falsa, ut vitium est. Sed potius ratio erit, quia talis cum in re spoliatus esset fructibus patrimonii æque se haberet, ac qui caretet patrimonio. Et frustraretur finis Sacrorum Canonum, qui est vitare in Sacerdotibus sordidum quæstum, & mendicationem: v. n. 69.

78 Cæterum tanquam probabilius. Leander cit. q. 6. Diana cit. ref. 52. Villal. Navar. & alii apud eos tenent hunc peccati mortaliter, sed suspensionem non incurere; quia talis renunciatio, aut alienatio est nulla, ex Trid. cit. adeoque hic Sacerdotium suscipit cum verò patrimonio; nam ex reg. juris in 6. Non præstat impedimentum, quod de jure non foretur effectum. Tum quia Trid. non imponit novam poenam, sed poenam per antiquos Canones inflictam innovat; & hæc est poena suspensionis, non contra resignantes, aut alienantes, sed contra eos, qui sine titulo Ordines sacros suscipiunt, Ant. à Spir. S. de ord. tr. 9. c. 1. num. 132. Et in odiosis non fit extensio: ita illi.

QUÆRES IV.

79 Quis patrimonium amisit. Quid dicendum?

Causa potest diversis modis contingere, ideoque varia erit resolutio. Vel hic misit, antequam Subdiaconatum susciperet. Et hic licitè ordinari non potest; quia verè est sine titulo, & cadit contra eum Tridentini præceptum.

80 Vel hic amisit post Subdiaconatum susceptum, & sine culpa. Et hunc ad alios Ordines promoveri non posse, docet Castropal. de Ord. par. 9. n. 4. cum duarum; quia reverà est si-

ne patrimonio, quod Trid. exponebat, ut ad factos Ordines promoveatur.

Rite autem plures graves Doctores in hoc casu dandum esse locum Episcopi benignæ interpretationi: Nimirum, quod Episcopus cognoscat, quod sit in Subdiaconatu remanens, cogere turpi quæstuum quætere, aut mendicare; si peccatum esset, ut ad Sacerdotium promovendus sustentaretur; tunc pollet cum eo dispensari. Ita Tamb. de Ord. cap. 6. §. 4. num. 29. Ant. S. de Ord. sacri. 9. disp. 4. num. 131. cum alii, & Henric.

81 Dixi sine culpa, quia sicut, obnoxia culpa, nulla debet esse poena, & cononem culpa correspondet poena; & nemo debet regere gaudium de sua culpa. Unde hic, si culpa patrimonium amisit, non potest ad reliquos Ordines promoveri.

82 Nec juvat dicere, quod si in Subdiaconatu si patrimonium sua culpa amiserit, prohibetur celebrare. Nam hic solummodo Episcopo ab Altari arcendus, donec de sufficienti patrimonio sibi provideat. Et ratio est aperta disparitas; nam hic omnes Ordines sacros suscipit sine impedimento, & contra patrimonio. In casu autem suspensionis impedimento defectus patrimonii. Ita Tamb. de Irreg. lib. 10. tr. 4. c. 20. num. 4.

DE DIMISSORIIS

83 Dimissorias suis subditis concedere possunt Episcopus, & Vicarius Generalis de ejus contentu.

84 Prælati Regulares, minime locales, qui auctoritatem habent quasi Episcopalis, puta Provinciales, Abbates, ut dicitur, l. 1. c. 1. eas concedere possunt suis subditis ad quoscumque Episcopum ex privilegio Clerici, l. 1. c. 1. apud Dianapar. 3. tr. 1. 2. ref. 7. etiam Noviss. Diana cit. §. par. 4. tr. 4. ref. 7. Ant. à Spir. de Ord. tr. 9. disp. 3. n. 80.

QUÆRES I.

85 Ceteri inferiores Prælati etiam exemptionem pollunt suis subditis secularibus dimissorias concedere, nisi adfit consuetudo præscripta, aut privilegium habeant.

86 Capitulum Sede vacante, vel ejus Vicarius intra annum vacationis à morte Episcopi non potest licite dimissorias concedere sub pena interdicti Ecclesiastici. Ipsi verò Ordinati, si in minoribus, privantur privilegio Clericali, si in majoribus, suspenduntur ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati. Nisi quis vigore alicujus beneficii recepti, aut recipiendi auctoritate fuerit ad Ordinem suscipiendum, in quantum scilicet obtinuerunt, vel vocati sunt ad obtinendum beneficium annexum Ordini, uti est Ecclesia Parochialis, Canonicatus, aut Capellania requirunt Ordinem: huic quidem potest Capitulum Sede vacante, & intra annum dimissorias concedere: ita Trid. sess. 7. de refor. c. 10. Anno autem viduitatis elapso, liberè potest dimissorias concedere.

87 Dimissoria non expirat morte concedentis, vel eo ab officio cessante, nisi revocentur per successorem; quia est gratia facta Leander de Ord. tr. 6. disp. 10. q. 12.

88 Si quis sine dimissoriis proprii Prælati aliquem Ordinem sacrum suscipiat, ordinans est suspensus ab ordinum collatione per annum, & Ordinatus est suspensus à suscepti Ordinis executione ad arbitrium proprii Prælati. Idem dic de subdito regulari in ordine ad suum Prælatum regularem. Si verò sit Ordines minores suscipiat, non incurrit suspensionem, nec si in eis ministrat, irregularitatem: Ex Extrav. Pij V. cum ex Sacramentis: sed peccaret mortaliter, nisi Prælati etiam susceptionem ratam haberet, Trid. sess. 23. de refor. cap. 8.

89 Subditus Archiepiscopi Panormitani Messana existens requisivit dimissorias à proprio Prælato, quibus tamen confectis, antequàm pervenirent Messanam, falsas fabricavit, & vicarium suscepit Ordinem Sacrum? An sit suspensus?

Resp. peccasse mortaliter ratione fraudis, & pravi animi. Sed non est suspensus. Gobat. cum Nav. tom. 1. de Ord. tr. 8. n. 599 Quia verè Ordinem suscepit cum dimissoriis veris.

QUÆRES II.

90 Quis dolo, & fictione proprium Episcopum decipiendo, ab eo obtinuit dimissorias, vi quarum fuit ordinatus in Sacris. An sit suspensus?

Affirmant Suarez, Reginald. & alii apud Dianam par. 5 tract. 10. res. 55. quia facultas non extenditur ultrà mentem concedentis; unde hic ordinatur sine licentia.

Resp. peccare mortaliter, sed non esse suspensum; quia licet dolo, & cum fictione obtinuerit, reverà tamen ordinatur cum dimissoriis veris.

Non obstat casus de n. 64. de eo, qui ordinatur cum patrimonio ficto, quem suspensum esse diximus; quia in casu de patrimonio ficto se tenet ex parte patrimonij, ita ut non sit verum, quòd qui sic ordinatur, ordinetur cum patrimonio verò: In casu verò de dimissoriis, fictio se tenet ex parte modi obtinendi, minimè ex parte dimissoriarum, ita ut verum sit, quòd, qui sic ordinatur, ordinetur cum dimissoriis veris.

91 Quòd si fictio, & falsitas se teneat ex parte dimissoriarum, quatenus quis eas falso fabricat?

fabri.

fabricavit, eodem modo discurrat, quòd sic ordinatus, sit suspensus.

DE FURTIVE PROMOTO.

92 **F**urtive promotus dicitur ille, qui sine scientia, ac voluntate Episcopi, sed potius contra ejus voluntatem, cum alius ordinandis se immiscet, & Ordinem suscipit, ut in tom. 1. de Irreg. ex delicto.

Hic suspenditur c. 1. de eo qui furto, arbitrio Episcopi, penitentia imposita pro qualitate delicti.

93 Hæc pœna solet irregularitas vocari, at (ut notat Tamb.) hoc parùm refert: quoniam sufficit scire eam posse Episcopum tollere, tam pro susceptorum ordinum exercitio, quam pro ulterioribus suscipiendis.

94 Hic autem casus solet ab Episcopis reservari. Et est reservatus in Dioc. Panorm. sub n. 7.

DE ÆTATE ORDINANDI.

95 **Æ**tas non est computanda à die conceptionis, nec à die susceptionis baptismi, sed à die, & hora natiuitatis. Nec requiritur ad valorem ex num. 21. sed ad licitam ordinationem, & ex jure Canonico.

QUÆRES I.

96 *An sufficiat, quòd annus sit inchoatus per unum, aut dimidium quadrantem?*

Sanchez. & Bonac. exposcunt unum diem, aut dimidium diei. Diana ait, sufficere unam horam.

Resp. Sufficere, quòd sit inchoatus per unum, aut dimidium quadrantem. Leander de ordine tr. 8. dis. 6. q. 7. Gobat tom. 1. tr. 8. n. 517. & Ant. à Spir. Sanct. de ord. tr. 9. dis. 4. sect. 3. cum juribus.

Quæ sententia est mihi certissima in Trid. sess. 23. de refor. c. 12. habetur: Nullus alius diaconatus ordinem ante vigesimum septimum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quatuordecimum, ad Episcopatus ante vigesimum sextimum, ad Archiepiscopatus ante vigesimum octimum, ad Pontificatus ante vigesimum nonimum, promotus, nisi inchoatus fuerit, licite suscipiendum requiritur, de hoc, quòd verificatur, quòd in ea constitutus non promoveatur ad subdiaconatum ante vigesimum secundum; sed ætas anni vigesimi secundi per solum quadrantem, aut dimidium quadrantem inchoati, est talis, ut non constitutus non promoveatur ad subdiaconatum ante annum vigesimum secundum; quod per solum quadrantem, aut dimidium quadrantem inchoati requiritur; & sufficit ad subdiaconatum ordinem licite suscipiendum. Qui enim constitutus in medio quadrantis ante vigesimum, & physice attingit annum 22. ad id quod potest dici ante annum 22.

QUÆRES II.

97 *An qui ætatem attingit hora, quòd vel quinta Sabathi, possit mane episcopatum ordinem Sacrum licite suscipere?*

Affirmat Leander cit. quæst. 8. Ant. à Spir. Sanct. cit. n. 87. Diana par. 2. tr. 1. cap. 10. Quia in hoc casu vespera diei trahitur ad diem, cum ex utroque fiat una dies. Unde naturali continuatione, qui sic ordinatur, ut si dicitur in anno 22. 3. ante 23. ante die.

Resp. non posse Villal. de ord. tr. 1. cap. 10. var oppositam rationem; nam si inchoatus esset vere, & physice constitutus in anno 22. sed per medium diem ante annum 22. ad id quod potest dici ante annum 22. quòd est contra Trid. Unde sententia affirmativa non est practicanda.

Gabat. cit. num. 524. ait, posse ex gravi cau-
sa practitari, & anno 1673. suasisse cuidam,
aut dectant octo hora; & erat archidus bene-
dictio, & simul suationem corroborasti doctri-
na de annis bissextilibus.

QUÆRES III.

98 Petro deficit unus aut alter dies, ut annus
22. attingat, & subdiaconatum suscipiat, quia
tamen ex quinque annis bissextilibus sua vice
tempore decursu sibi super sunt quinque dies,
quibus non solum potest compensare duos dies
defectus, sed etiam excedere et atem debitam
per tres dies. An possit dicitur diebus uti, & licite
ordinem sacrum suscipere?

Gabat. cit. 1. num. 533. ad 538. refert opi-
nionem Pellizarii affirmantis, addens
eam fuisse practicatam Mantuae. Insuper eam
semel consuluisse ex gravi necessitate videlicet
ex Sacerdotum penuria. Ratio est; quia anni
à jure requisiti sunt anni ordinati, & constan-
tes diebus 365. annus autem bissextilis constat
ex diebus 366. qui excessus unius diei est phy-
sicus, & realis; nam computatio duorum die-
rum pro uno mense Februarii est moralis,
quatenus bis pronunciatum sexto Kalendas
Martii: revera tamen sunt duo reales, & so-
lares, continentes duas reales circulationes,
singulas viginti quatuor horarum, & minuto-
rum sex, ex quibus horis dies realis, & na-
turalis constituitur, ita ut Februarius, qui
aliis annis continet dies 28. anno bissextili
continet dies 29. igitur excessus quinque die-
rum in casu est realis, ac inde videtur, quod
eo uti possit Petrus.

99 Accedit gravis ratio: Post correctio-
nem Gregorianam ob intercalationem decem
dierum à Gregorio XIII. factam, delatum
est dubium. An decem illi dies ablati, essent
ab ordinandis supplendi? Et responsum fuit

Potest. Exam. Ecclesiast. Tom. III.

sub Sixto V. quod non, sed absque decem illis
diebus diei debere annum integrum Port.
ver. Noviss. annus num. 48.

Quo præmissis discursus formatur, Po-
tuerunt juvenes ordinem sacrum suscipere
non expectatis decem illis diebus; quia erant
dies excessus ex ordinariis annis dierum 365.
qui proinde sine illis fuerunt reputati integri;
igitur poterit Petrus, cui unus, vel alter dies
deficit ordinem sacrum suscipere pro se uten-
do quinque diebus; qui ex quinque annis bis-
sextilibus superant; quia sunt dies excessus
ex ordinariis annis dierum 365. qui proinde
sine illis quinque diebus reputandi sunt inte-
gri. His potius pro lectoris oblectamento
relatis

100 Respondeo; non posse Petrum licite or-
dinem sacrum suscipere supplendo atatis de-
fectum per usum dierum ex annis bissextili-
bus uti supra deductis. Rodr. in quæst. Regul.
tom. 3. qu. 15. art. 5. cum communis.

Ratio est; quia anni ordinarii, & à jure requi-
siti sunt accipiendi civiliter, & politicè, civiliter,
autem, & politicè, in numeratione annorum non
habetur ratio annorum bissextilium, sed dierum, qui
excedunt; sed quilibet annus ordinarius dicitur
sive bissextilis sit, sive non. Constat ex casu de-
ciso in l. denique dicens, ff. de minoribus 25.
annis. minorem. Minorem autem 25. annis
natus videndum; An etiam diem natalis sui
adhuc dicimus ante horam, qua natus est,
ut si captus sit, restituatur, & cum nondum
compleverit, ita erit dicendum, ut à mo-
mento in momentum tempus spectetur. Pro-
inde, & si bissexto natus est, sive priori,
sive posteriori die, Celsus scripsit, nihil
referte; nam id biduum pro uno die ha-
betur, & posterior dies Kalendarum in-
tercalatur.

Cui accedit praxis, & communis usus Ec-
clesiæ, à quo nullo pacto est recedendum.

S S S S

QUÆ

QUÆRES IV.

101 *An ordinatus ante ætatem bonâ fide, cum ignorantia, aut inadvertentia defectus, sit suspensus?*

Resp. negativè, juxta dicta in tom. 2. num. 258. Villal. Bonac. & com. apud Ant. à Spir. Sanct. de ord. tr. 9. dsf. 4. nu. 89. quia tam in Bulla Pii V. quàm Sixti V. habetur hæc particula, *Præsumpserit*. Unde ad incurrendam censuram requiritur præsumptio, & inde scientia; quapropter ignorantia etiam culpabilis, si affectata non sit excusat.

Hinc iste accedente notitiâ defectus tenetur ab ordinis suscepto ministerio desistere, uti qui restituere tenetur ex re accepta. Accedente autem legitimâ ætate, potest in eo ministrare.

102 *Ad differentiam ejus, qui malâ fide, cum dolo, & temeritate suscepit; hic namque est ab eo ordine, non quidem ab aliis suspensus. Ant. à Spir. Sanct. cit. nu. 38. Diana p. 3. tr. 4. res. 182. Et ætate accedente, non potest in eo ministrare, nisi prius à censurâ Papæ reservatâ absolvatur.*

103 *Quæ censura potest tolli ab Episcopo, si fuerit occulta, aut per Bullam Cruciatæ, ut in tom. 1. de Censuris, & poenis, & de reservatis.*

De Ætate ad alias dignitates.

104 *Ad Papatum nulla in jure præscribitur ætas; non tamen potest eligi infans, qui usum rationis non habet; nam est Pastor, & Summus. Requiritur ex jure, quod eligatur per duas partes Cardinalium.*

105 *Ad Episcopatum requiritur annus trigessimus completus ex c. cum cunctis, de Decretis, & Bulla Greg. XIV. Eadem ætas requiri-*

tur pro Cardinalibus etiam Diaconis et Trid. sess. 24. de refor. c. 2. Ex concessione tamen Sixti V. Cardinalis Diaconus creari potest ante annorum 22. In Gallia sufficit, quod Episcopus attigerit annum 27. ex specialibus Leonis X.

106 *Ad canonicatum in Ecclesia cathedrali, ad Beneficium curatum, & quælibet dignitatem Ecclesiasticam, cui subest curam, requiritur annus 23. inchoatus. Trid. sess. 24. de Reform. c. 12. Quæ dispositio extenditur ad dignitates Regulares, quæ sunt beneficia manualia, & amovibilia.*

107 *Ad dignitates, aut perfonas, quibus cura animarum non subest, sufficit annus 21. inchoatus, ex verbis Trid. cit. sess. 24. in minoribus ascribantur. Gobat tom. 1. tr. 2. c. 17. cum multis idem tenet de Collegiis.*

108 *Ad Beneficia simplicia sufficit annus 14. inchoatus. Trid. sess. 23. c. 6. v. n. 177.*

PRIMA TONSURA.

109 **N**on est ordo, sed dispositio ad ordines, nec est necessaria ad ordines, sed ad valorem, sed ex præcepto.

Definitur, quod sit signum distinctivum ministrorum Ecclesie, a plebe communis.

110 *Tonsura, seu corona fit per calicem capillorum, ad significandum, quod qui Deo servit, debet superfluitati terrenorum renuntiare, quia clericus sit hæres Dei. Verò in capite, ad significandum, quod Clericus habere debeat mentem elevatam ad Deum.*

111 *Per primam tonsuram quis fit Clericus, capax beneficiorum Ecclesiasticorum Clericalium.*

112 *In prima tonsura abscissio capillorum stat loco materis, loco autem formæ. Verba ab Episcopo, & ab ordinando sunt*

prolata: *Dominus pars hereditatis mea*, & *pars mea in aeternum*: dixi, loco materiae, & loco formae, quia prima tonsura, cum non sit ordo, non constat materia, & formam proprie dictam.

OSTIARIATUS.

113 *Est potestas, per quam ordinatus in Ostiarium potest recipere dignos, & excludere indignos ab Ecclesia, & eam custodire.*

114 Materia remota sunt claves Ecclesiae, materia proxima est traditio, & acceptatio clavium. Forma sunt verba prolata ab Episcopo: *Sic age, quasi rationem Deo reddurus pro his rebus, quae his clavibus recludantur.*

115 Unde munus Ostiarii est aperire, & claudere januas Ecclesiae, custodire ea, quae in illa allervantur, pulsare campanas, recipere dignos, & excludere indignos, scilicet infideles, & eos, quibus non licet interesse sacris. Quamvis autem Laici exercent, quae ad minores Ordines spectant, id tamen non agunt ex Officio.

116 Ostiarius fuit institutus à Christo, quando dixit: *Attolite portas principes vestras, & elevamini porta aeternales*, & quando ementes, & vendentes eiecit de templo.

LECTORATUS.

117 *Est potestas, per quam ordinatus in Lectorem potest legere lectiones, & Prophetias.*

118 Materia remota est liber sacras lectiones, videlicet Epistolas, & Prophetias, continens, qui dicitur lectionarius; materia proxima est ejusdem libri tractatio, & acceptatio. Forma sunt verba illa: *Accipe potestatem, & esto verbi Dei relator.*

119 Unde munus Lectoris est annuntiare

populo verbum Dei legendo ex libro, non predicando, legendo scilicet Prophetias, sacras Scripturas, & Evangelium, sed extra Missam; quia in hac est munus Diaconi. Item Lectoris munus est, catechumenos in fide erudire.

120 Ordo lectoratus fuit institutus à Christo, quando in medio seniotum librum Isaiae Prophetiae aperuit, & completam lectionem prophetiae clausit & dedit ministro.

EXORCISTATUS.

121 *Est potestas, per quam ordinatus in exorcistam potest expellere diabolum, ne impediat aliquem à sumptione Eucharistiae.*

122 Materia remota est liber exorcismorum, materia proxima ejusdem libri traditio, & acceptatio. Forma sunt verba illa: *Accipe, & commenda memoria, & habe potestatem imponendi manus super energumenos sive baptizatos, sive catechumenos.*

123 Unde munus exorcistae est imponere manus super energumenos, & super illos legere exorcismos, ut à daemonis obsessione liberentur.

124 Ordo exorcistatus fuit institutus à Christo, quando tetigit aures surdi, & muti, dicens: *Ephpheta, quod est adaperire*, & quando de Maria Magdalena septem daemonia eiecit.

ACCOLYTATUS.

125 *Est potestas, per quam ordinatus in acolytum potest accendere lumina, & portare urceolos cum vino, & aqua.*

126 Materia remota est duplex, una est candelabrum cum cereo extincto, alia sunt urceoli vacui; materia proxima est horum traditio, & acceptatio. Forma patiter est duplex, una: *Accipe ceroserarium cum cereo, ut scias te ad accendenda Ecclesiae lumina macti-*

S s s s s 2

P 4

patum in Nomine Domini: alia: Accipe urceolos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi in Nomine Domini; in Accolytatu igitur sunt duæ materiae, & duæ formæ partiales.

127 Unde munus accolyti est ponere candelabra ad altare, candelas altaris accendere, urceolos cum vino, & aqua præparare, & Subdiacono porrigere.

128 Ordo Accolytatus fuit institutus à Christo, quando dixit: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite.*

SUBDIACONATUS:

129 **E**t potestas, per quam ordinatus in Subdiaconum potest portare calicem cum vino ad altare, & preparare necessaria ad Eucharistiam & legere Epistolam.

Materia remota est duplex partialis; prima est calix vacuus, & patena vacua, sine vino scilicet, & hostia; secunda est liber Epistolarum. Materia proxima est horum traditio, & acceptatio. Forma pariter partialis est duplex. Prima correspondens primæ materiae sunt verba illa: *Fidete, cujus ministerium vobis traditur; ideo vos admono, uti ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis:* ubi priora verba habent rationem formæ, posteriora vero: *ideo vos, &c.* solum rationem monitionis: Secunda correspondens secundæ materiae sunt verba illa: *Accipe librum Epistolarum: & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti.*

130 Unde munus Subdiaconi est Diacono ministrare calicem, & patenam in usum sacrificii eidem afferre, panem consecrandum pro populo in altari ponere: Epistolam in Missa solemniter canere, Crucem in Processionibus gestare, pallas altaris, & corporalia ablueri.

131 Ordo Subdiaconatus fuit institutus Christo, quando in Cena linteis se prætendit, & pedes discipulorum lavit.

DUBIA RESOLVUNTUR.

132 **S**i traditur calix sine patena, vel inverso, invalida est ordinatio.

133 Calix, & patena non consecrati habent ad valorem ordinis, quia multo præcipitur debere esse consecrata; aliud certum in Sacerdotio, quia hujus materia propria est hostia, & vinum, quæ sufficiunt ad valorem ordinis, & solum propter congruentiam traduntur in calice, & patenam. 176.

134 Traditio, quæ est materia proxima in Subdiaconatu, quàm in Diaconatu, & Sacerdotio, fieri debet ab ipso Episcopo ordinante sub paina nullitatis; quæ nullitas non apparet ita clarè in memoratis verbis, nam olim non ab Episcopo, sed ab echi diacono tradebatur materia accolyti.

135 Ad valorem non sufficit contactus materialis materiae, qualis est, si ordinandus quo gestu corporis, v. gr. manus extendit significaret se materiam, quam Episcopus offert, & tradit, acceptare, ut ponatur nulli; sed requiritur contactus physicus, qui est autem necessè, quòd contactus hic non sit aut diuturnus, sed sufficit levis, & brevis imò sufficit, si una manu, aut digito contingat enim humano modo qualibet rebus enter est, & dicitur tactus. Nec est necessè, quòd contactus sit immediatus, sed sufficit mediatus, ut si tangas Calicem, & patenam velo cooperta, v. tom. 1. de Sacram. materia, & forma.

136 Demum non est necessè, ut contactus physicus materiae fiat simul physice cum preparatione formæ; sed sufficit, si fiat formaliter, hoc est paulò ante, vel paulò post.

unde mora, & distantia physica debet esse valde parva, ita ut verum moraliter sit dicere, quod dum Episcopus profert formam, ordinandus tangat materiam. Ratio autem est, quia Sacramentum cum sit compositum morale & non physicum, non aliam partium, nempe materiae, & formae, simultatem exposcit, nisi moralem, qualis in actibus humanis requiritur; unde in Sacramento tanta debet esse simultas materiae, & formae, ut secundum moralem hominum existimationem spectata natura cujuslibet Sacramenti, una alteram afficiat, videlicet ut verba censeantur in talem rem cadere, & cum ea unum totale signum, & Sacramentum constituere.

137 Hinc in consecratione Sacramenti Eucharistiae materia debet esse physice praesens, quia hanc praesentiam significant pronomina demonstrativa formae. *hoc, hic*: non ita est in Sacramento ordinis; totius autem est, ut saltem priusquam materia traditio finiatur formae prolatio incipiat, aut è converso, ut communiter Doctores docent de Baptismo.

138 Subdiaconus ex vi ordinis duas subit obligationes, castitatem servandi, & horas canonicas recitandi.

139 Officium divinum recitari debet attentè, clarè, & devotè, ut in tom. 1. de Horis Canonicis.

140 Praeceptum incipit à puncto Ordinationis peractae, seu impressionis Characteris Subdiaconatus. Unde ordinatus post sextam, solas tres reliquas horas recitare tenetur. Gobat. tom. 1. tr. 5. num. 561.

141 Qui manente Subdiaconatus susceptionem, aut professionis emissionem, Officium recitavit, non tenetur iterum postea recitare. Diana par. 6. tr. 7. res. 38. cum aliis contra Bonac. quia potuit anticipatè solvere. Quod si defecit, defectus fuit quoad modum, non quoad substantiam, Caeterum in materia

justitia quis condemnabit anticipatè solventem?

142 Religiosus, qui ex vi Regulae tenetur ad castitatem, & ad horas Canonicas, si castitatem frangat, aut Officium omittat, non tenetur in confessione explicare circumstantiam ordinis sacri, quia non mutat speciem, sed solum aggravat: ex Tridentino autem sess. 14. cap. 5. & can. 7. Tenemur in confessione aperire numerum peccatorum, & circumstantias mutantes speciem, minime circumstantias intra eandem speciem aggravantes.

143 Psalmi Penitentiales, quos Episcopus in ordinatione recitandos imponit ordinatis in minoribus. Nocturnum Subdiacono, & Diacono, & tres Missae Sacerdoti, non obligant sub mortali, quia de nullo capite constat, quod imponatur in penitentiam, & ex praecipuo, adeoque imponuntur in gratiarum actionem, & ex consilio.

144 Novitii Regulares ante professionem non possunt ordinari in sacris ad titulum paupertatis, secus facientes incurrunt in suspensionem.

145 Regulares invalida professione, emissa ob metum, aut aliam causam, ita ut liberè, & licitè redire possint ad saeculum, si ordinentur ad titulum paupertatis, dupliciter peccant & quia sine ullo titulo, & quia sine dimissoriis proprii Episcopi ordinantur: & ex Pio V. sunt suspensi, imò evadunt irregulares, si in ordine sic suscepto ministrant.

146 Ejecti sunt perpetuò suspensi.

147 Subdiaconus: & Diaconus solemniter in mortali ministrantes, & sua munera exercentes, non peccant mortaliter, sed venialiter; idque à fortiori dicendum est de Clericis minorum ordinum munera in mortali exercentibus, quia in hujusmodi exercitio nec conficiunt, nec recipiunt Sacramentum; in sola autem Sacramentorum consecratione, &

SSSS 3 recepti.

ceptione facta in mortali sit Deo gravis injuria; & hęc ratione Sacerdos peccat mortaliter, & sacrilegium committit, si in mortali celebret; minimè verò si in mortali exerceat benedictiones aquę, salis, populi, &c. etiam si hujusmodi benedictiones cum Sanctissimo Sacramento Eucharistię fiant.

248 Item probabilius est, Sacerdotem non peccare mortaliter, sed venialiter, si in mortali Eucharistię tangat, & fidelibus porrigat, quia tunc non conficit Sacramentum, sed consecratum dispensat.

249 Clericus autem violans censuram, hoc est, cum sit excommunicatus excommunicatione majore, vel suspensus, vel interdictus exerceat culpabiliter, solemniter, & ex officio actus proprios ordinum majorum, quos habet, sit irregularis.

150 Dixi culpabiliter, primò quia si ignores te esse excommunicatum vel si id scias, ignores tamen violationi censura esse annexam irregularitatem, non evades irregularis.

151 Secundò, quia si ob vitanda scandala, vel notabilem infamiam, cum excommunicatione Epistolam, aut Evangelium solemniter canas, vel celebres, non fies irregularis, imò nec ex hoc capite peccabis celebrando, si alijs eris in gratia, & interim non eris negligens in procuranda absolutione à censura.

152 Tertiò, quia Sacerdos excommunicatus toleratus die festo, si non adsit alius Sacerdos, qui celebret, & ne peccet, sit positus in gratia saltem per contritionem, potest licitè celebrare, quia præsumitur populum sacrificium petere necessarium ab satisfaciendum præcepto.

153 Dixi actus proprios, ad excludendos actus jurisdictionales, ut munus prædicandi in Diacono, & actus illos, quos Laicus exer-

cere potest; quare quando aliquis ab ordinis majoris, quoad substantiam exerceri potest à non habente hujusmodi ordinem, sed tali, vel tali modo exercitur proprius dicti ordinis, si hoc modo in Clerico censurato exerceatur incurrit irregularitas; minimè, si exerceatur saltem quoad substantiam.

154 Hinc si accolytus, aut alius talis cum Dalmatica, sed sine manipulo Epistolam, aut Evangelium sine stola canat, non fit irregularis, quia actus proprius diaconi cum manipulo, & actus proprius Diaconi cum stola exhibetur, minime tamen illis.

155 Dixi demùm, ordinem majorem propter allatam rationem Clericus tantus actus ordinum minorum exerceat, non evadit irregularis.

156 Demùm si Clericus sub irregularitate prædictos actus ordinum majorum exerceat, novam irregularitatem non incurrit, sed toties mortaliter peccat, usquequaque censura absolvatur, & super irregularitate dispensetur.

157 Irregularitas autem est impedimentum Canonicum, susceptionem ordinum susceptorum usum impediens, non autem ordine ad reliqua Sacramenta.

158 De Beneficiatis: v. tom. 1.

DIACONATUS.

159 **E**st potestas, per quam ordinandi Diaconum potest, proxime Sacerdoti ministerio altaris assistere, & Evangelium prædicare.

160 Materia est duplex partialis, prima est impositio manus dexterae facta ab Episcopo supra caput ordinandi; secunda est lectio Evangeliorum, ejusque traditio, & acceptio.

Forma pariter est duplex partialis, prima correspondens primæ materiæ sunt verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, & ad resistendum diabolo, & tentationibus ejus in nomine Domini*; secunda correspondens secundæ materiæ sunt verba illa: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

161 Unde munera Diaconi sunt quinque: Primum, Presbytero sacrificanti proximè assistere.

Secundum, Evangelium in Missa solemniter legere.

Tertium, in absentia Episcopi, aut Presbyteri, vel de eorum licentia solemniter baptizare.

Quartum, de Episcopi licentia populo predicare.

Quintum, in absentia, aut ex commissione Sacerdotis, & urgente necessitate Eucharistiam ministrare. Communionis enim minister est solus Sacerdos, sed ex commissione ipsius, urgente aliquâ causâ, & semper quando instat mors alicujus, Diaconi munus est Eucharistiam ministrare, Sacerdote tamen deficiente.

162 Diaconus potest deferre pixidem, in qua sunt particule consecrate, de uno in aliud altare, & tangere vas, in quo est Corpus Christi contentum; liquet ex praxi, quâ in expositione, & processione Sanctissimi, Diaconus Lunulam, in qua est Eucharistia, de sacratio educit, intra spheram adaptat, Sacerdoti porrigit, & iterum reponit.

163 Conveniens est, ut à Diacono purificatoria, & similia in prima lotione in sacrificium mittenda laventur; quâ habitâ licetè possunt Laici, & mulieres, ac præsertim sacræ virgines ea meliùs tangere; cæterum si prima lotio fiat à Laicis, certum est non esse mortale, si non adsit contemptus, sed solum veniale

164 Ordo Diaconatus fuit institutus à Christo, quando in Cœna Corpus, & sanguinem suum dispensavit discipulis, & completivè, quando post Cœnam suos Apostolos dormientes excitavit dicens: *Vigilate, & orate.*

165 Pro materia si non tradatur liber Missalis, sed alijs Evangelia continens, putâ tota sacra Scriptura, aut solum testamentum novum, valida est ordinatio; invalida tamen est, si tradatur liber, in quo non sint Evangelia, v. gr. solum testamentum vetus.

166 Dices: in primordio Ecclesiæ erat ordo Diaconatus, & Apostoli ordinabant Diaconos, & tamen non erat liber Evangeliorum, & Epistolarum: ergo liber Evangeliorum non est pars essentialis, & materia Diaconatus, sed solum ceremonia accidentalis; antecedens est certum, consequentia sequitur, quia cum Sacramentum ordinis sit institutum à Christo, etiam ejus partes essentielles fuerunt institutæ à Christo, adeoque Ecclesia non habet potestatem eas quo ad substantiam mutandi.

Respondeo, concessio antecedenti, negando consequentiam: ad cujus probationem dico, quod Christus materiam, & formas Sacramenti Ordinis instituit non cum omni moda determinatione, sed eas instituit veluti in genere, & reliquit in specie determinandas ab Ecclesia; Christus, inquam, instituit in materiam ordinis, positionem alicujus rei sensibilis, & in formam verba apta ad exprimendam potestatem ordinis, qui confertur; specialem autem ejus rei, & signi determinationem reliquit Ecclesiæ. In primordio autem Ecclesiæ materia Diaconatus fuit impositio manus super caput ordinandi, quæ impositio in ordinatione Diaconi ortum habuit ab Apostolis; postea pro Græcis, fuit ab Ecclesia determinata impositio manuum, tam in ordinatione Diaconi, quam Subdiaconi, & Sacer-

Sacer-

Sacerdotis; pro Latinis verò fuerunt determinata pecularia instrumenta, & eorum traditio, quod instrumentum in ordinatione Diaconi fuit liber Evangeliorum additus pro materia impositioni manus. Nec officit, quòd Apostoli in ordinatione Diaconi usi sint sola manuum impositione, quia non determinaverunt in Ecclesia servandum illud signum visibile, quo ipsi usi sunt, sed id fuit relictum arbitrio Ecclesie, quæ proinde potuit assumere librum Evangeliorum, utpotè magis aptè, & clarè exprimentem potestatem Diaconi; adòque Ecclesia non dicitur mutasse, & variasse materiam à Christo institutam, sed determinasse in specie materiam à Christo in genere designatam: *v. to. 1. de Sac. in gen. de materia, & forma.*

PRESBYTERATUS

167 **E**st potestas per quam ordinatus in presbyterum potest consecrare Corpus, & Sanguinem Christi, & remittere peccata fidelibus.

168 Materia est duplex partialis: Prima est calix cum vino, & patena cum hostia (quæ sunt materia remota) eorumque traditio, & acceptatio, materia proxima.

Secunda est ultima impositio manuum facta ab Episcopo supra caput Sacerdotis. Manus est materia remota, impositio proxima.

Dixi: ultima impositio, quia in ordinatione Sacerdotis præcedit alia impositio manuum facta ab Episcopo, & aliis tribus Sacerdotibus ordinationi assistentibus, sicut etiam præcedunt aliæ ceremoniæ, nempe impositio vestium Sacerdotalium, sacra unctio manuum, quæ sunt de solemnitate, non de substantia ordinis.

169 Forma pariter est duplex partialis: Prima primæ materiæ correspondens sunt illa

verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo; Missasque celebrandas pro populo quam pro defunctis in nomine Domini.*

Secunda secundæ materiæ correspondens sunt verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittentur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.*

170 Ordinatus in Presbyteratum recipit potestates: Primam in Corpore Christi physicum, in ordine ad conficiendum Corpus, & sanguinem Christi: Secundam in Corpore Christi mysticum, videlicet erga fideles, quo ad absolvendum. Et utraque dicitur potestas Ordinis.

Unde munera principalia, & propria Sacerdotis sunt duo, nempe idem Munus conficiendo Corpus, & Sanguinem Christi, & à peccatis absolvere: hoc tamen secundum munus ita se habet, ut non omnis Sacerdos possit à peccatis absolvere, sed alia potestatem absolvendi in ordinatione acceptam, requiritur, quòd habeat jurisdictionem, vel ordinariam, ut si sit factus Episcopus, aut Parochus; vel delegatum ab Ordinario supra fideles, ita ut, si quis absolvat cum sola potestate ordinis sine potestate jurisdictionis, in valde absolvat.

171 Imò simplex Sacerdos non potest absolvere, nedum à mortalibus, sed venialibus, ex Decreto Innoc. XI. 11. Feb. 1679, ut in tom. 1. de Indulg. visum contra mortis, in quo quilibet simplex Sacerdos etiam excommunicatus, suspensus, irregularis, degradatus, imò hæreticus, potest quoslibet poenitentes absolvere à quibuslibet peccatis, & censuris quomodolibet reventis, quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Ecclesia dat jurisdictionem. Trident. sess. 14. cap. 7. Tamb. tom. 1. de cap. 12. §. 1. num. 20.

172 Probabilius tamen est, quòd

possit præsentem Sacerdote approbato; quia licet nullus infirmus potest accipere alia Sacramenta à Sacerdote alieno, nisi in defectum proprii, ita nec Sacramentum penitentiae: hinc antiqui Canones exprimebant hanc concessionem fieri in defectum Sacerdotis approbati, cap. Aurelius, cap. Presbyteri, & cap. ult. quest. 6. & Trident. licet non exprimat, satis innuit in his verbis: Ne ipsa occasione aliquis pereat: quod periculum non est si ante Sacerdote approbato. Similiter non potest hæreticus præsentem catholico, nec excommunicatus præsentem non excommunicato.

Simplex autem Sacerdos non debet esse in hæc re scrupulosus; unde in dubio, an opportunè adveniat Sacerdos approbatus, debet absolvere, ne periculo infirmum exponat.

173 Alia sunt munera Sacerdotis, videlicet baptizare, benedictiones facere aquæ, & similia prædicare, &c.

174 Ordo Presbyteratus fuit institutus à Christo, quando post Cœnam panem, & vinum convertit in suum Corpus, & Sanguinem, dicens Apostolis: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, & quando post Resurrectionem dixit: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.

DUBIA RESOLVUNTUR.

175 Valida est ordinatio, 1. Si Ordinandus tangat Calicem, & patenam, ubi est hostia, non verò immediatè ipsam hostiam; satis namque dicitur tangere, & acceptare hostiam, dum tangit, & acceptat vas, in quo est hostia: hinc non tangitur vinum, sed calix, in quo est vinum.

176 2. Si tradatur hostia immediatè in manus Sacerdotis, vel si tradatur hostia, & vinum simul immixta in Calice; quia de essentia Potest Exam. Ecclesiast. Tom. II.

Ordinis Sacerdotii est illarum substantiarum traditio, & solùm per congruentiam, & ex præcepto traduntur in Calice, & patena, num. 133.

177 3. Valida est ordinatio, si tangatur Calix, in quo est vinum, cui sit superimposita patena cum hostia, absque eo, quòd immediatè tangatur ipsa patena, quia calix, & patena ei super imposita videntur facere unum, non minùs ac vinum cum calice; ex præcepto tamen, tam calix, quàm patena sunt tangenda.

178 4. Valida est ordinatio, si tradatur vinum sine aqua, quia aqua solùm ex præcepto requiritur.

179 Item si aqua sit tanta quantitate vino immixta, ut remaneat denominatio vini, valida est ordinatio: secus, si sit tanta, ut non remaneat denominatio vini; in qua attendenda est non tantùm quantitas aquæ, sed etiam qualitas, & generositas vini.

180 Demùm invalida est ordinatio, si tradatur solus calix cum vino, vel sola patena cum hostia; sed tradi debet utraque species.

181 Sacerdos ante ultimam manuum impositionem, per quam accipitur potestas absolvendi, sed post calicis, & patenæ traditionem, ejusque formam prolatam, si consecret, validè consecrabit Corpus, & Sanguinem Christi; quia per hujusmodi traditionem jam est verè Sacerdos, & completè est ei communicata potestas conficiendi Corpus, & Sanguinem Christi; & de facto in Missa ordinationis, quam cum Episcopo concelebrat, ante dictam manuum impositionem validè consecrat, sive solus, sive actione communi cum aliis, juxta opinionum varietatem.

182 Hæ autem duæ potestates, conficiendi scilicet Corpus, ac Sanguinem Christi, & absolvendi à peccatis, sunt distinctæ

T e t t t

ut

ut prima non dependeat à secunda, licet secunda necessariò ad sui valorem supponat primam.

Hinc licet quis per secundam materiam, & formam, nempe per manuum impositionem, & verba, potestatem in Corpus Christi Mysticum non reciperet, si non supponeretur priùs adhibita prima materia, & forma, & recepta prima potestas in Corpus Christi physicum: validè quis primam potestatem reciperet in Corpus Christi physicum per primam materiam, & formam, etiam si postea non adhiberetur secunda materia, & forma, nec reciperetur secunda potestas in Corpus Christi mysticum.

Ratio est; quia per primam materiam, & formam completè confertur ordinato prima potestas in Corpus Christi physicum; unde ante manuum impositionem est verè Sacerdos, & validè in ipsa ordinatione consecrat. Tunc autem pro potestate ordinis in Corpus Christi mysticum esset in alia ordinatione tantum supplenda secunda materia, & forma.

Non sic in aliis ordinibus, in aliis namque una materia, & forma dependet ab alia, ut non possit ordo validè sine altera materia, & forma consistere.

183 Et propterea in Presbyteratu per primam materiam, & formam caracter imprimitur; per secundam verò vel novus caracter imprimitur, vel prior extenditur, & ampliatur: *ut in num. 4.* quia duæ potestates ordinis distinctæ, & completæ recipiuntur: *v. num. 10.*

184 In casibus autem, in quibus esset reiteranda ordinatio sub conditione, posset reiteratio fieri quolibet anni tempore à quocumque Episcopo in oratorio privato, & abique cæteris cæremoniis, supplendo tantum id, in quo est dubium.

185 Sacerdotio inignitus debet sub materiali communicare, quia participare debet de suo sacrificio; hujusmodi autem participatio se communicandi non est pro initiatis ordinibus, sive minoribus, sive majoribus, sed solum consilium; hinc minores contenti solent post prandium.

186 De Ordine agunt Scotus *in 4. d. 2. qu. un. §. De tertio art. Mastrus disp. 1. q. 1. 2.* Leander *de Sacramen. 11. 6. Titul. tom. 2. pag. 72.* Joan. la Cruz *pag. 44. Fagnanus lib. 1. §. 3. Gobat tom. 1. 11. 8. de Spir. Sanct. de Sac. tract. 9. Merito, de Alloza *ver. ordo, v. tom. 1. de Sac. tom. Minister.**

CAPUT II.

De Sacrosancto Sacrificio Missæ.

Quid sit Missa, & Eucharistia.

[MISSA]

187 **E**st Sacrificium incrementum consistens in consecratione panis, & vini, & consumptione: dicitur incrementum, quia eo non effunditur sanguis, sicut in ara Crucis; sed significatur sacrificium crucis.

188 Sacrificium Missæ tres actiones principaliter importat. *Consecrationem, Oblationem, & Consumptionem*, licet essentialem consecrationem, & consumptionem constituant. Nomine oblationis venit oblatio, que est consecrationem, que est oblatio sacrificii.

minimè, quæ sit ante, quæque dicitur oblatio materis.

Et incipit ab illis verbis: *Unde & memores usque ad Supplices* inclusivè.

189 Ejus minister est solus Sacerdos. Offerens per se primò, est Sacerdos in persona Christi, reliqui autem fideles per Sacerdotem.

EUCCHARISTIA

190 *Est Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini, ad spiritualem animæ refectiorem à Christo institutum.*

191 Licet quælibet species, imò quælibet pars speciei sit integrum Sacramentum, ita ut Sacramentum Eucharistiæ sub speciebus panis, & vini physicè, & materialiter specie differat; moraliter tamen, & in ratione Sacramenti est unum specie infima Sacramentum, ut potè ordinatum ad unum specie infima finem.

192 Consecratio sub utraque specie est de jure divino, ita ut, & si validè, illicitè tamen alteram tantùm speciem quis consecraret, etiam in gravi necessitate, v. gr. dandi moribundo viaticum.

193 Partes essentielles Eucharistiæ sunt materia, & forma, intentio verò solùm est conditio sine qua non.

MATERIA

194 Eucharistiæ duplex est, remota, & proxima: remota est substantia panis, & vini, quæ transit; proxima verò sunt species panis, & vini, quæ permanent.

De materia autem tantùm remota sermo instituitur.

195 Materia igitur pro valida consecratione debet esse moraliter, & sensibiliter præsens; non est autem necesse, ut percipiatur

in se, sed sufficit, si percipiatur in suo continente, nempe panis in pixide, etiam clausa, vinum in calice, etiam cooperto, & panis in canistro; unde non est opus, ut materia tangatur, aut videatur; idque est verum, quoties cooperimentum se habet per modum proximi continentis, secus, si talis habitudo ad materiam non habetur. Unde invalida est consecratio, si materia sit in Tabernaculo clausa, aut paries interponatur; tunc namque moraliter tollitur præsentia sufficiens ad verificanda pronomina demonstrativa (*hoc hic*) Idem est dicendum, si materia sit ad prospectum, sed valdè distans, ut si distet centum passibus; validè autem consecratur, si sit propinqua, quòd ex morali prudentum judicio pender. Henricus putat sufficere, si sit propinqua per viginti, aut triginta passus, de quo alii dubitant.

PANIS

196 Igitur pro valida consecratione corporis est solus panis usualis triticeus, panis scilicet ex farina triticea, & aqua naturali mixtus, & igne tostus; hinc non est apta materia panis ex hordeo, leguminibus, &c. vel aqua artificiali, v. gr. aqua refæcta, butiro, aut alio liquore confectus, aut tandem panis non coctus, vel coctus non per modum panis, sed frigus, vel elixus, quia hujusmodi panis non dicitur simpliciter panis, sed cum addito, hordeaceus, crudus, &c. nomine namque panis simpliciter secundum communem existimationem venit ex farina triticea, & aqua naturali mixtus, & igne tostus. Non sufficit confectus ex aqua maris; quia non est usualis.

197 Hostia, cui est admixtum hordeum, est valida materia consecrationis, si non sit tantum, ut sit mutata substantia panis triticeæ, sed triticum prædominetur.

198 Estò ad valorem Sacramenti sufficiat,

si huiusmodi panis triticus sit azimus, vel fermentatus ex præcepto autem, ut sub mortali in suis Ecclesiis Latini in azimo, & Græci in fermentato tenentur conficere, nec excusat necessitas, v. gr. dandi viaticum: v. tom. 1. de Sacram. de materia, & forma.

VINUM

199 Pro valida consecratione sanguinis debet esse solius vitis; hinc est ineptus omnis alius liquor, agresta, aut acetum: in musto autem valida est consecratio, sed illicita, quia est vinum impurum habens admixtas feces non consecrabiles. Non valet, si sit congelatum.

200 Vino consecrando est parum aquæ miscendum non ex necessitate Sacramenti, sed præcepti, & sub mortali, quæ aqua non debet tertiam vini partem excedere alioquin reddet materiam dubiam, & proinde non consecrabilem.

FORMA

201 Consecrationis panis sunt hæc verba: *Hoc est enim Corpus meum*, ubi omnia sunt essentialia, præter particulam *enim*, quæ est solium de præcepto; unde ejus omissio est mortalis.

Verba consecrationis vini sunt: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, ubi omnia essentialia sunt quoad valorem. D. Thomas 3. par. quest. 68. art. 3.

202 Qui mutaret verba essentialia, ita ut variaretur significatio, non conficeret Sacramentum; si verò ita mutaret, ut significatio non variaretur, ut si diceret: *Hic est sanguis meus*, conficeret, sed peccat mortaliter.

203 Dubiæ sunt hæc formæ, 1. *Hic est*

Corpus meum, 2. *Eccce corpus meum*, 3. *Hic est caro mea*, 4. *Meum est hoc Corpus*, 5. *Hic Corpus est meum*, quia non significant convenientiam panis in Corpus Christi.

204 Verba proferri debent significabiliter formaliter in persona Christi, sive actualiter, sive recitative, & historicè, præter rationes diversas.

205 In rubricis habetur, quod si non cordetur celebrans se dixisse ea, que in consecratione communiter dicuntur, non turbetur; si verò ei constat, quod commisit aliquid eorum, que sunt de necessitate sacramenti, videlicet formam, seu partem formæ consecrationis, formam refumat, & cetera per ordinem prosequatur.

Si autem valde probabiliter dubitet, si quid essentialia omisit, formam refumat, si tacita conditione repetat; si tamen non est necessitate Sacramenti, non refumat, sed procedat ulterius. Ita ibi.

INTENTIO

206 *Quæ est voluntas aliquam gratiam per gratia cetera sunt, est quædam actualis, virtualis, habitualis, & interpretativa.*

207 Actualis est, quæ quis actu intendit aliquid facere; estque duplex, directa & reflexa. Directa est, quæ quis advertens, quæ faciat, volens illud agit, sed non advertens alium actum reflexum, se talem voluntatem habere. Reflexa est, quæ quis advertens, & volens quod agit, per aliam cognitionem advertit se advertere, & velle quod agit.

208 Virtualis, est intentio actualis præterita, non tractata, virtualiter permanens in aliquo quod remaneat in homine, & in fine, v. g. heri proposui ire Neapolim, hodie autem nihil cogitans inquiri media, & nunc intendo, in quo casu dicor habere intentionem virtuali.

virtualis, in quantum intentio actualis præterita in me reliquit quid unum, per quod moveor ad media applicanda, quæ ad finem fieri propositum, & nunc non cogitatum conducunt; & in proposito; si manè in cella habeo intentionem actualem celebrandi, & conficiendi corpus, & sanguinem Christi, hinc nihil amplius de celebratione cogitans accedo ad sacrificium, & postquam ibi plures Sacerdotes celebraturos expectavi, adhuc nil cogitans celebros: dicor celebrare cum intentione virtuali, quatenus actio, & expectatio media est in virtute intentionis actualis præteritæ, ex vi cuius tandem virtualiter moveor ad celebrandum.

209 Habitualis est habitus, & usus ex præteritis intentionibus generatus, ut si quis ad celebrandum accederet nulla intentione præmissa, sed per simplicem usum.

210 Interpretativa, quæ etiam indirecta dicitur, est, quæ quis vult aliquid non in se, sed in causa, ut si quis sciens le in ebrietate esse solidum occidere homines, velit ebrietatem tunc homicidium sequens dicitur interpretativè, ac indirectè volitum, & intentum.

211 Ad validè, & licitè consecrandum sufficit intentio actualis, aut virtualis non sufficientem habitualis, aut interpretativa, quia consecratio fieri debet modo rationali, & humano, minime modo brutali; actio autem per intentionem habituales, aut interpretativam facta, non est in se libera, sed sic potest fieri ab amente, vel ebrio.

Intentio actualis est melior, sed non necessaria.

212 Pro intentione virtuali est attendendum, ut intentio actualis præterita non sit retrahata, aut mortaliter interrupta: non esset mortaliter interrupta, si habita priori intentione celebrandi, ad sacrificium pergens ab illa intentione distractus, & ob supervenien-

tem causam per breve spatium iter divergas; tunc enim præfata interruptio physica non censetur interruptio moralis; secus, si è conventu exires ad litigium perficiendum, & tunc utique rediens non diceris celebrare ex vi intentionis præteritæ virtualiter permanentis, sed fortè solum ex vi intentionis actualis directæ, & exercitæ, quam homines communiter in operationibus liberis solent habere.

213 Unde ad tollendos scrupulos est attendenda distinctio intentionis actualis directæ, & reflexæ; multi namque scrupulosi sæpè existimant intentionem actualem non habuisse, quia non habuerunt actualem reflexam, cum reverà actualem directam habuerint, quam quidem (ut dixi) communiter in nostris operationibus liberis habemus; dum enim liberè lego, habeo intentionem, & voluntatem legendi, est alio actu reflexo huiusmodi intentionem, & voluntatem non agnoscam.

Hinc Tamburinus inquit, vix moraliter fieri posse, ut aliquando non adsit intentio actualis consecrando; quando enim Sacerdos in domo statuit Missam celebrare: quando in Missa dicit *Fiat sacrificium nostrum, ut placeat tibi: ut nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi Filii tui*: imò & quando actu consecrat, verba proferens, actionesque sacras exhibens, quid aliud facit, nisi saltem in actu exercito consecrationem intendere? Hæc ille.

DE MATERIA, SUPRA QUAM CADERE DEBET INTENTIO.

214 Sacerdos, si acceptis pluribus hostiis consecrandis, quando venit ad actum consecrationis, non advertit, nisi ad unam, quam habet in manu, & supra eam verba profert, omnes consecrat ratione intentionis virtualis.

215 Si habens intentionem limitatam consecrandi

T. t. t. 3

secrandi

secranda decem hostias, nec plures, nec pauciores, post consecrationem verò inventa fuisse undecim, aut novem, nullam consecravit, quia intentio fuit taxativa, & exclusiva numeri majoris, & minoris numero denatio.

216 Si habuit intentionem limitatam consecrandi decem, sed non exclusivam numeri minoris; tunc si inventa fuerint undecim, nulla erit consecrata; si verò novem, omnes erunt consecratae; ratio est, quia numerus novem includitur in numero denatio, non sic numerus undenarius.

217 Intendens unam partem, v. gr. mediam partem hostiae non designatam consecrare, nil consecrat, quia in nil determinatè fertur intentio; si verò determinatè v. gr. mediam partem dexteram hostiae consecrare intendat, sacrilegè, sed validè eam solam partem consecrat, quia est pars determinata.

219 Intentio autem prudentis, & docti Sacerdotis non debet esse limitata, sed esse debet ad omnem materiam sibi presentem.

219 Hinc Sacerdos nesciens numerum hostiarum, imò putans esse decem, est postea invenerit undecim, aut novem, omnes consecravit, si habuit intentionem omnes praesentes consecrandi, ut de prudente Sacerdote praesumitur; quia (ait Tamb.) ignorantia, aut error intellectus non obstat intentioni practicae volentis omnes praesentes, & sibi in confuso cognitias consecrare.

220 Hacratione, quando Sacerdos unam hostiam preparavit, à Sacrificia verò, Sacerdote inscio, mutatur illa, & ponitur alia, aut quando putans se tenere unam hostiam, post consecrationem invenerit fuisse duas simul junctas, ritè, & validè eas consecravit, quia in his casibus alia hostia est in confuso cognita, & proinde cadit sub prudenti intentione consecrandi totam materiam praesentem.

221 Secus autem est, si particula effectus ignota, uti esset, si Sacrificia, inscio Sacerdote, posuisset supra corporale, & Sacerdos non haberet, eam non remanere consecratam, tunc probabilior sententia contra Dicitur, quia voluntas non fertur in proclis incognitas, unde intentio quantumvis praesens non tenditur ad formulam proclis ignotam.

222 Si per alicujus incuriam multae formulae consecratae cum non connotantur consecratur totus cumulus, cum intentione consecrandi illas, quae consecratae non sunt, ut enim intentio determinatè fertur in materiam, non requiritur distincta ejusdem materiae cognitio, sed sufficit confusio, ut si in pixide plena formulis, cum omnes consecrarentur distinctè, vana esset consecratio, quae est contra praesentem fidelium.

DE PARTICULIS EXTRA CORPORALE.

223 Sacerdos celebratus habuit in sacrificio intentionem consecrandi particulas, sed minister eius in pixide posuit praesentem, minime supra aram consecravit. Sacerdos autem consecravit hostiam praesentem absque ulla particularum mentione, prout, an fuerint consecratae?

Respondetur triplicè distinguendo casum vel enim primò pixis fuit posita supra aram, vel supra corporale, vel secundo, extra aram, vel supra corporale in cornu, vel demum tertio, supra aram, sed extra aram, quatenus corpus, solet plus extendere, quam ara.

In primò casu, esse consecratae, censent ex 2. 18 idque est verum, etiam si Sacerdos non aperuerit pixidem, quando verò protulit, quoniam non est opus, ut videatur materia, sed sufficit, quòd sit praesens, & demonstrabilis per pronomen hoc: ut est materia clausa in pixide, & qualis non est, si sit clausa

in tabernaculo, vel post parietem; & hac ratione à Sacerdote profertur verba non est necesse, ut videatur vinum.

In secundo casu, dico, eas particulas, non esse consecratas, quia consecrare extra aram, & corporale, est peccatum, estò valida sit consecratio; adeòque cum omnis Sacerdos per assumendum sit habere intentionem ritè, & sine peccato consecrandi, præsumitur noluisse in recentis situ consecrare.

In tertio casu, difficultas est, an consecrare hostias supra corporale, sed extra aram consecratam, vel e converso, sit peccatum? & quia communior sententia docet, esset peccatum, idèò dicendum est, hujusmodi particulas non esse consecratas.

Quia autem in secundo, & tertio casu, res est dubia, idèò hujusmodi particula non sunt abjiciendæ, sed ab eodem Sacerdote post sumptum calicem sumendæ, verò ab alio in alia Missa consecrandæ.

Si hujusmodi autem Sacerdos fuerit solitus particulas extra aram, & corporale positas consecrare, putans ex invicibili ignorantia id ritè fieri, tunc essent consecratæ; nam etiam si advertisset, consecrasset, & cum ex bona fide non adest peccatum, non habet locum recentis præsumptio.

214 Quia verò ara lapidea serpè est ligno circumdata, curare debet Sacerdos, ut major pars calicis, & patenæ sit supra lapidem: id tamen non est scrupulosè curandum. Similiter pixis particulas continens debet esse supra aram à latere, vel post calicem, non tantum tempore consecrationis, verum etiam usque ad Sacerdotis communionem inclusivè, quoniam particula ad idem sacrificium pertinent & pròinde signa, & orationes supra eas, non debent omitti. Quod si statim post consecrationem Sacerdos, retenta hostia grandiori, pixidem intra tabernaculum in-

cludat, aut alio Sacerdoti in alio Altari communicaturo consignet, eum non peccare mortaliter docet Tamburin. imò nec venialiter, si ad sit necessitas communicandi populum, quia per hostiam grandem perfectè sacrificium consumatur.

225 Denum si particula pro communicando populo Sacerdoti dentur post oblationem, imò ante præfationem, licitè eas consecrari posse (supleta oblatione mentali), docet Dian.

IN DUBIO HOSTIÆ CONSECRATÆ

226 **G**AVANTUS in Epitome pag. 126. habet *In casu dubio hostia consecrata quæ reperitur apud veneticum, seu sacrilegum, aut circa Altare, ubi proximè fuit celebratum, aut quando particula patenæ parti posteriori, ita fixè hæret, ut subeat suspicio, de consecratis in præcedenti Missa particulis eam unam esse posse, in his casibus nulla sollemnitas est adhibenda luminarium, sed hujusmodi hostia adoranda erit sub conditione, reservanda, & sumenda in aliqua Missa ante calicis ablutionem; quòd si forte talis sit, ut nauseam pariat, servanda est decenter, donec corrumpantur species, & comburantur.*

DE GUTTIS VINI DISCONTIN.

227 **P**ROBABILIS est cum Suario contra Bonacinam, guttas existentes intra calicem discontinuas non esse consecratas, quia intentio legitima Sacerdotis fertur quidem ut vult Bonacina in materiam existentem in calice demonstrabilem per pronomen *hic*: sed in materiam continuam, non discontinuam.

228 Non peccat autem Sacerdos, si ante consecrationem prædictas guttas non abstergat; obligamur enim in his ministeriis nos genere humano, & non scrupuloso modo,

Tttt 3 adeòque

adeoque non est curanda metaphysica vini continuatio, sed continentia ejusdem in vase, cum animo consecrandi juxta intentionem Ecclesie.

Verum tamen est, post consecrationem has guttas non esse abstergendas, idque propter opinionem probabilem, quod sint consecrate; ut pote factis presentes, & demonstrabiles per pronomem *hic*.

DE PARTIBUS SACRIFICII MISSÆ

229 **M**issa dividitur in quatuor partes. Prima pertinet ad populi instructionem, & dispositionem ad sacrificium. Secunda ad materiam oblationem, & ad specialem ipsius Sacerdotis, & populi preparationem ad sacrificium. Tertia ad consecrationem, & consumationem, in qua parte sacrificium perficitur, offertur, & consumatur. Quarta ad gratiarum actionem. Prima pars incipit ab introitu usque ad offertorium. Secunda ab offertorio ad Canonem; tertia à Canone usque ad communionem: Canon autem incipit à *Te igitur* usque ad communionem inclusive: quarta demum pars à post-communionem usque ad finem.

DE EFFECTIBUS SACRIFICII MISSÆ

230 **E**ffectus sacrificii triplex est: videlicet meritorius, impetratorius, & satisfactorius. Meritorius, quia illi, qui offerunt, & pro quibus offertur, merentur gratia augmentum, aut auxilia ad actus virtutum. Impetratorius, quia iidem per Missam impetrant à Deo bona spiritualia, & temporalia. Satisfactorius, qui satisfaciunt pro pena temporali, in hac, aut in alia vita ipsorum peccatis debita.

Et quamvis dignitas operantis valde conferat ad hujusmodi fructus, hi tamen principaliter considerantur ex opere operato, qua-

tenus habentur ex virtute Christi, quod principalis in hoc sacrificio.

231 Certum tamen est, valorem Missæ non esse infinitum respectu unius peccatoris, ut una Missa uni applicata tollat omnem penam; hinc ritè plures applicantur pro eodem.

232 Difficultas autem est, an valor, seu fructus satisfactorius Missæ, qui habentur ex opere operato, sit infinitus respectu plurimum?

233 Prima sententia docet, esse infinitum extensive, ita ut una Missa applicata pluribus, tantum unicuique pro sit, ac si nulli alteri applicaretur. Cujus ratio est desumpta, penam, ex parte rei oblata, que est infinita, merito Christus, & secundo, ex parte principalis oblationis, qui est ipsemet Christus. Tercio, ex praxi, & ritu Ecclesie, quo Sacerdos in oblatione vivorum, & mortuorum postulat pro nullo prescripto termino communionem ad hujus sacrificii fructum participandi. Ita Cajetanus, Vasquez, Pontius, & alii nonnulli.

Hinc stante hac sententia de valore Missæ secundo infinito, asserit Marchinus, qui licet ob Decreta Sacre Congregationis non possit unica Missa satisfieri pluribus obligationibus justitiæ, possit tamen satisfieri sub titulo justitiæ, seu ex stipendio, alteri venali titulo, qui non sit justitiæ, v. gr. charitatis liberalitatis, &c.

234 Secunda sententia docet, esse extensivum finitum, limitatum, & determinatum per dispositionem sapientiæ Divinæ, & Christi institutionem, ita ut valor unius Missæ applicatæ pluribus, non æquè pro sit singulis, ac uni, si esset applicata una, sed distribuitur per partes inter illos; cujus ratio prædicta est, quia aliàs quilibet Sacerdos unica Missa posset satisfacere pluribus obligationibus.

in omnibus stipendiis acceptis, posset pro omnibus unica Missa satisfacere, quod est contra praxim Ecclesiæ, quia multæ singulares Missæ pro singularibus personis offeruntur. Nec Summi Pontifices contra hujusmodi per tot bullas tam rigorosè procederent. Ita Scotus quodlib. 20. Divus. Bonaventura, & alii, quorum ratio à priori est, quia oblatio hujus sacrificii non est meritoria, & satisfactoria, ut sit à Christo, cum Christus nunc non mereatur, nec satisfaciatur; sed quatenus ex institutione Christi habet annexas satisfactiones præteritas ipsius Christi; congruum autem fuit, ut hæc annexio fieret modo finito, ut sæpius à Sacerdotibus frequentaretur; alioquin inutiliter Capellanæ in animarum commodum multiplicarentur, cum una Missa sufficeret pro omnibus vivis, atque defunctis.

FRUCTUS,

235 **S**eu valor Missæ tres habet partes, generalem, specialem, seu mediam & specialissimam.

Pars Generalis competit summo Pontifici, Episcopo, & omnibus fidelibus, ex instituto Ecclesiæ; & hæc pars fructus non diminuitur singularis ex consortio aliorum, quia dependet ex institutione Christi, & Ecclesiæ; unde non potest pro illa stipendium accipi. Pars specialis, seu media competit illi fidei, pro quo missa à Sacerdote applicatur; & hunc fructum medium esse finitum, superius diximus; huncque fructum medium Sacerdos applicat, quando Missam alicui ex stipendio, vel liberalitate applicat.

Pars specialissima fructus competit ipsi Sacerdoti, & dicitur fructus personalis, quem non posse alteri applicari, docet Mastrius cum multis contra Molpesium, & alios.

Potest. Exam. Ecclesiast. Tom. III.

236 Sacerdos non potest duplicatum stipendium accipere pro eadem Missa, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus sibi correspondentem; quia fructus specialissimus est fructus ex opere operato, & personalis, ex institutione Christi, adeoque inapplicabilis alteri; quod satis constat ex Decr. Alex. VII. & Urb. VIII. declarantium teneri ad restitutionem eum, qui unica Missa satisfacit pro duplici stipendio: *v. tom. 1. prop. 8. ab Alex. VII. damn. Scotus quodlib. 20. lit. B. & X.*

APPLICATIO

237 **S**eu intentio applicativa non est necesse, ut sit actualis, & virtualis ut in Sacramenti confectione, sed sufficit habituali hoc est voluntas præterita nondum retractata; ratio disparitatis est, quia applicatio sacrificii non est intentio faciendi talem actum, quæ proinde influere debet, & movere in actum, sed est donatio, & translatio fructus, qui percipitur ex tali actu; quæ quidem est valida, & efficax, quamdiu retractata non fuerit, & propterea sufficit, quòd sit habitualis; intentio autem conficiendi Sacramentum, seu consecrandi, est voluntas faciendi talem actum, quæ proinde debet influere, & movere in actum; adeoque actualiter, aut venialiter permanere usque ad actum.

238 Sacerdotis munus est sacrificium Missæ applicare, imò Sacerdotis applicationem valere contra applicationem, & præceptum superioris, docet probabilior sententia eum Scoto, Mastrio, Lugo, & innumeris aliis contra Dianam, & nonnullos asserentes, valere applicationem superioris contra Sacerdotis applicationem; ratio autem est, quia Sacerdos, & non Prælati est minister, & dispensator hujus sacrificii.

VVVVV

Verum

Verum tamen est, Sacerdotem contra præceptum superioris applicentem peccare contra obedientiam, imò etiam contra iustitiam, cum de fraudet intentionem ejus, qui dedit stipendium Prælato, à quo sustentatur.

239 Missa applicari potest, 1. Pro infideli nempe pro Turca, & Catechumeno, accepto integro stipendio, quia illi prodest quoad fructum impetrationis, licet non satisfactio- nis, ait Tamb. quòd Sacerdos ut persona privata possit applicare pro excommunicatis non toleratis, & pro illis sola mente orare; minime ut persona publica nomine Christi, & Ecclesie; quia Ecclesia eos solum privat suffragiis communibus, hoc est publicis, At negat Faber cum aliis. Pro toleratis verò an possit, ut persona publica: negat Bonnac. concedit de Lugo, 3. Accepto integro stipendio applicari potest pro existentibus in mortali; quia eis prodest quoad fructum impetrationis, ad quem solum præsumuntur habere consensum implicitum.

240 Missa nulli nec ante, nec ipsa consecratione applicata, non potest alicui postea applicari, quia fructus Missæ non suspenditur, sed causatur, quando Missa existit. Unde non potest pro Missa præterita stipendium accipi. Nec potest Missa applicari pro eo, qui primus est daturus stipendium; quia pro fructu satisfactionis requiritur indigentia actualis; nec fit absolutio pro pena jam non debita: & licet fructus impetrationis possit esse pro beneficio: & auxilio futuro, non proinde potest Sacerdos hunc fructum applicare pro eo, qui primus stipendium dederit; quia fideles præsumuntur in gratia, adeoque utrumque fructum præcipere velle. Applicatio tamen sub conditione jam impleta valet.

241 Missa, si non applicetur, vel applicetur

incapaci, fructus manet in thesauro Ecclesie, vel cedit ipsi Sacerdoti, vel illis, pro quibus tenetur specialiter offerre; quia ita interpretari intendit ille cenetur. Busem.

242 Missa de festo duplici celebrata foret obligatione, sive ex devotione in Altari perpetuò, aut ad tempus privilegio pro defunctis, suffragatur animabus eorum, ut si esset de Requiem, & juxta formam Privilegii, ex Decr. Clem. IX. die 23. Septembris 1669. *S. num. 244.*

QUÆRES

243 *An die defunctorum possit Sacerdos applicare Missam pro particulari defuncto?*
Affirmat Tamb. in *Met. cel. Missa* 3. in §. 1. *ut. 9.* quia onus non est impendendum, nisi clarè de eo constet. Constat tamen, quòd possit applicari pro omnibus, sed ad in non tenet.

Negat Fraxinellus, & Gavanius ex consuetudine universali Sacerdotum applicationem eo die pro omnibus, particularibus obligationibus postpositis, immò intentioni Ecclesie, quæ eo die præscribit in Missa orationem generalem; quæ consuetudo, & intentio est communiter recepta tamquam obligatoria, & prævalet intentioni particulari testatoris.

Ratio, quæ me movet, est; quia si talis consuetudo, & intentio Ecclesie non est obligatoria, Sacerdos eo die acceptum stipendium manuale à petente Missam pro particulari defuncto, non posset ex sua libertate applicare pro omnibus, sed peccaret mortaliter sic applicando; quod opinio opposita non concedet; cum dicat, Sacerdos tenetur obligari, sed posse applicare pro omnibus particularibus obligationibus postpositis, si quæla probatur; quia non posset excusari

presumpta mente petentis, sicut excausatur Capellanus ex præsumpta mente fundatoris; nam qui de dit stipendium manuale, expressè petit Missam pro particulari defuncto, ut supponitur, ac proinde, si eo die non esset prohibita, sed permissa applicatio pro particulari defuncto, non satisfaceret applicando pro omnibus; sicut non satisfacit suæ obligationi Sacerdos, si die semiduplici, quo est permissa Missa de Requiem, dicat Missam de festo exposcenti Missam de Requiem.

Dicit ergo debet, quod in tantum satisfaciat, applicando Missam pro omnibus, in quantum eo die habetur præceptum in ipsa consuetudine, & intentione Ecclesiæ fundatum, prohibens applicationem pro uno, & obligans ad applicandum pro omnibus, quodque prævalet intentioni particulari petentis pro uno.

Sicut pari ratione obligatus ad dicendum Missam de Requiem, satisfacit in festo duplici, dicendo Missam de festo; quia ad est præceptum Alexand. VII. prohibens die duplici Missam de Requiem, & obligans ad satisfaciendum eo die per Missam de festo; quod non esset verum, si die duplici esset permissa, & non prohibita Missa de Requiem.

Quæ opinio est magis pia, non enim videtur denegandum hoc uno die anni cunctis Animabus factum Convivium.

Cæterum Innoc. XI. favere videtur opinioni affirmativæ.

Nam ad petitionem Regis Cath. pro Regnis eidem Regi Cath. subjectis, omnibus Christi fidelibus Confessis, & sacra Eucharistia refectis, qui à primis Vespers Commemorationis omnium Defunctorum usque ad occasum solis diei sequentis, propriam Parochialem Ecclesiam visitaverint, ibique moris est, oraverint, concessit perpetuam Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium

peccatorum, quàm Indulgentiam applicare possint pro defunctis per modum suffragii.

Item idem Innoc. XI. concessit omnibus Sacerdotibus, tam sæcularibus, quàm Regularibus cujuscumque ordinis, &c. eodem die Commemorationis, ut supra, in quocumque Altari celebrantibus, liberationem animæ, pro qua sacrificium offerent, ac si in Altari privilegiato celebrassent. Et hoc ex Diplomate Apost. die 30. Septemb. 1679. executoriato in hoc Regno. die 26. Octobris ejusdem anni.

Ubi Pontifex supponit, Missam applicari posse pro particulari defuncto.

DE QUALITATE MISSÆ.

244 **I**N festis duplicibus, & diebus Dominicis non possunt celebrari Missæ, private de Requiem, & Sacerdos obligatur ad dicendam Missam de Requiem, occurrente festo duplici, aut Dominico, non debet Missam differre, ne sic differat animæ suffragium, sed dicere debet de festo, applicando sacrificium animæ, ex Decr. præceptivo Alex. VII. die 5. August. 1662. Ratio ex Scoto quolib. 20. §. De tertio, est, quia Sacerdos non obligatur ad inconveniens, sed ejus obligatio debet intelligi secundum rationabilem consuetudinem Ecclesiarum, & secundum Rubricas generales. Non prohibentur autem Missæ solemnes aut anniversariæ de Requiem cum cantu, etiam si dies anniversaria incidat in festo ritus duplicis majoris, ex Decr. Alex. VII. 22. Janu. 1667. & Clem. IX. 67. ut sequitur.

CLEMENS PAPA NONUS.

„ CUM Felicis Record. Alexander Pa-
 „ pa VII. prædecessor noster dubia
 „ in diversis Mundi partibus, occasione De-
 „ creti Congregationis tunc existentium S. R.
 „ E. Cardinalium Sacris Ritibus præposito-
 „ rum, die 5. Augusti 1662. emanati, & ab
 „ ipso Alexandro Prædecessore approbati de
 „ non celebrandis Missis defunctorum in fe-
 „ stis ritus duplicis, exorta detrimere cupiens,
 „ aliud ejusdem Congreg. Decretum in una
 „ Novariensi die 22. Novemb. 1664. editum
 „ approbaverit, quo declaratum fuerat,
 „ Anniversaria, & Missas defunctorum cum
 „ cantu ex dispositione Testatorum quotan-
 „ nis recurrente ipsorum obitus die cele-
 „ brandas, tamen si dies obitus hujusmodi in
 „ festum ritus duplicis majoris incidere-
 „ t, non comprehendi in dicto primo Decreto.
 „ Ac ulterius, quod Altaria privilegiata pri-
 „ vilegio Apostolico pro animabus Fidelium
 „ defunctorum in perpetuum decorata, &
 „ in quibus proinde quotidie etiam in festis
 „ ritus duplicis celebrandæ essent Missæ de-
 „ functorum ex obligatione, declaravit
 „ per celebrationem Missarum de festo cur-
 „ renti satisfieri in junctis obligationibus, &
 „ indulgentias per ejusmodi privilegia Apo-
 „ stolica concessas, Animabus Fidelium
 „ defunctorum in Purgatorio existentibus
 „ suffragari, perinde ac si celebratæ fuisset
 „ Missæ defunctorum ad formam dicto-
 „ rum privilegiorum, & aliàs prout in
 „ ejusdem Alexandri Prædecessoris litteris de-
 „ super in simili forma Brevis die 22. Janua-
 „ rii 1667. expeditis, quarum tenore præsen-
 „ tibus pro plenè, & sufficienter expresso,
 „ & inserto haberi volumus, uberius con-
 „ tinetur.

„ Cumque (sicut ad aures nostras pervenit)
 „ etiam dabitur, utrum dictarum licen-
 „ tum dispositio, quoad altaria pariter spe-
 „ dem privilegiata, sed non in perpetuum
 „ nec pro omnibus hebdomadæ diebus, sed
 „ que, Missæ non ex obligatione, sed ex
 „ la fidelium devotione celebrantur, licen-
 „ habeat: Hinc est, quod nos dubitatum
 „ hujusmodi ex injuncta nobis certum
 „ storalis sollicitudinis munere disce-
 „ riter, atque decidere cupientes, de
 „ nerabilium Fratrum nostrorum episcopo-
 „ S. R. E. Cardinalium sacris ritibus præ-
 „ positum, qui rem mature perpendit,
 „ consilio, declarationem à memoria Alex-
 „ andro Prædecessore, sicut præmittit
 „ editam, ad Altaria, ut præfertur, non
 „ perpetuum, sed ad septennium, sensu
 „ brevius, vel longius tempus, ac non
 „ nibus, sed aliquo, vel aliquibus tan-
 „ hebdomadæ diebus, nunc, & in futurum
 „ quandocumque privilegiata, auctoritate
 „ Apostolica tenore præsentium can-
 „ mus.

„ Et proinde, ut Missæ, que dicto
 „ festo currenti, in quo Missæ defun-
 „ tum celebrari non possent, sive ex ob-
 „ gatione, sive ex sola fidelium devotio-
 „ celebrabuntur, suffragentur, ita ut non
 „ Christi Fidelium, pro quibus celebratæ
 „ fuerint, Indulgentias per privilegia
 „ modi concessas consequantur in omnibus
 „ & per omnia, perinde ac si Missæ defun-
 „ ctorum ad formam eorundem privilegio-
 „ rum celebratæ fuissent, auctoritate, ab
 „ noxe prædictis concedimus, & indulgentias
 „ Decernentes, easdem præsentibus
 „ semper firmas, validas, & efficaces esse
 „ & fore, suosque plenarios, & integros
 „ effectus sortiri, & obtinere, ac illis
 „ quos spectat, & pro tempore spectabit

in omnibus, & per omnia plenissimè suffragati, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, &c. Datum Romæ die 23. Septembris 1669.

Ex eo fit, quòd in promissione etiam jurata, qua Sacerdos se obligat offerenti stipendium ad dicendas Missas votivas, aut de Requiem, includatur tacita conditio: *Salvo Ritui, & Rubricis.*

245 Sacerdos Ritus non Romani, si transeat per territorium, seu locum Ritus Romani, potest, tam quo ad Missam, quàm quo ad Officium, ei se conformare; quia potest peregrinus se accommodare legibus, & consuetudinibus loci; ad id tamen non tenetur, quia potest sui loci consuetudines sequi.

Idem dicitur de Sacerdote Ritus Romani, si transeat per territorium Ritus non Romani. Qui tamen, si in eo loco sit Ecclesia Ritus Romani, & in ea celebret, debet celebrare cum Missali Romano, quia est membrum talis ritus.

Si verò Sacerdos transeat per territorium ritus Romani, aut ibi commoretur, tunc si reperiat in Ecclesia non Ritus Romani, v. gr. in Ecclesia Carmelitana, & ibi non sit Missale Romanum, si aliqua necessitas non urgeat, debet à celebrando abstinere. Si autem id advertat post Missam inceptam, tunc ad vitandam admirationem expedit, ut prosequatur cum Missali non Romano. Tamb. lib. 2. cap. 5. §. 2. an. 14. in verb. *et. Mis.*

QUÆRES I.

246 An obliquus celebrare Missas D. Gregorius possit occurrente festo duplici, ne illas interrumpat, dicere Missam de Requiem?

Sciendum est, D. Greg. lib. 4. Dial. cap. 55. præcepisse Abbati Præioso, ut pro quodam defuncto Monaco curaret celebrari mis-

tas triginta, ut sequitur: *Vade ab hodierna die diebus triginta continuis, offerre pro eo sacrificium, stude, ut nullus omninò præmittatur dies, quo pro absolutione illius, hostia salutaris non offeratur.* Hinc fideles solent pro suis defunctis similes Missas curare. Quo præmissis.

Resp. non posse dicere Missam de Requiem, satisfacere tamen celebrando, & applicando Missam currentem pro defuncto Rodr. tom. 2. qu. 43. art. 10. Probatur 1. ex Decr. adductis Alex. VII. & Clem. IX. 2. Ex verbis D. Greg. quibus præcipit, ut offeratur pro defuncto sacrificium, minime ut dicatur Missa de requiem. Tamb. *et. lib. 2. c. 6. §. 7.* qui advertit has missas non esse prohibitas, sed solum quasdam alias pro vivis, & defunctis, quæ falso Divo Greg. imputantur.

Ex eisdem verbis liquet non requiri, quòd dicantur omnes 30. Missæ per eundem Sacerdotem, quia non dixit: *Vade offerre per te.*

Item per triduum majoris hebdomadæ non discontinuantur hujusmodi Missæ; quia ex pia consuetudine Ecclesiæ tres illi dies non sunt dies Missarum. Imò Rodr. *et. addit*, hujusmodi continuationem non adeò obligare, quin ob decentiam, honestatem, & reverentiam Sacramenti, aliquando præmitti possit.

QUÆRES II.

247 Quando licitè dici possit Missa votiva?

Respondeo, prohibitum esse regulariter Missas votivas dicere, aut pro defunctis, in diebus Dominicis, festis duplicibus, & infra octavas privilegiatas Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Corporis Christi, feria quarta Cinerum, in Majori Hebdomada, & in vigiliis Natalis Domini, ac Pentecostes, imò pro infra octavam Corporis Christi adest speciale Decr. S. C. R. 21. Junii 1670.

Dixi regulariter, quia ob graves causas licet celebrare Missas votivas in diebus Dominicis, & festis duplicibus, exceptis festis majoribus Paschatis, Ascensionis, & similibus. Graves causae sunt necessitas pluviae, belli aut cujuslibet mali communis, & quaelibet necessitas bonum commune respiciens. Hæc receduntur expositio Sanctissimi, tam in diebus bacchanalium, quam in oratione 40. horarum Salus Summi Pontificis, Episcopi, aut magni Principis periclitantis, Comitum Regularium, tam Generalia, quam Provincialia, & Gratiarum actiones pro gratia communi, quoniam spectant ad bonum commune, & sicut pro hujusmodi potest institui processio, ita & missa.

Qui caret Missa propria, non debet sacrificium omittere, sed potest recitare de communi, aut votivam.

QUÆRES III.

248 *Sacerdos luscus non valet recitare Missas currentes. An possit in festis duplicibus, Dominicis, inferis, & octavis privilegiatis ex devotione dicere Missam de requiem, aut votivam de Beatissima Virgine, quos facilius recitare valet?*

Resp. posse aliquando, puta quater, aut sexies in anno, præsertim in privata, seu remota Capella, minime sæpè sine speciali dispensatione à S. R. C. obtinenda. Idque ratione epicheje, quia, stante Sacerdotis impotentia, non potest de Sanctæ Matris Ecclesiæ pietate præsumi, quod eum velit tanto privilegio, & auxilio spirituali, quanto ex sacrificio Sacerdoti provenit, omnino spoliare.

Mihi favet Tamb. cit. §. 1. n. 11. qui ait se permisisse Archiepiscopo Montis Regalis D. Joanni de Tortigliola ob infirmitatem diu pedibus stare non valenti, die Dominico Palma-

rum, & duobus aliis diebus in suo oratorio privato dicere Missam votivam de Passione, quæ est brevior currenti, in quibusdam de his. Eius ratio, quia devotio dat rationem causam, & Missa votiva de Passione congrua temporis.

QUÆRES IV.

249 *An saltem id possit sepe per Sacerdotem sicut pauper non habens nudo vivere, incipiat stipendia, & celebrare?*

Resp. necessitatem solum esse per se posse, ut id faciat aliquando per aliquas vias, quam si ob meram devotionem, consentiente ipso petente, minime, ut acciat semper, aut sæpè; necessitas enim, & pariter devotio solum dat causam petendi, facilius obtinendi dispensationem, non autem libertatem Rubricas generalis propria autoritate pervertendi, ut ex similibus constat.

QUÆRES V.

250 *An peccat, qui sine causa in festis duplicibus Missam votivam, aut Requiem recitat?*

Port. v. Missa in addit. 7. & Sacerdos nullum esse peccatum, si extra dictam obligationem, quam habet Sacerdos ad formandum Rubricis in recitando Officium in recitanda Missa.

Respondeo peccare, regulariter tamen non esse mortale, saltem in Missis permissis, sed veniale. Tamb. cit. n. 6. Bozac. de Non est mortale, quia in Rubricis non premitur. Est veniale, quia turbacionem, & inversionem boni ordinis causat, & respondendo de Missis de requiem, Alex. VII. cit. n.

244. districte præcipit dictam Rubricam variari, & transgressores tam Sacerdotes, quam Regulares ab ordinariis pro modo culpæ puniri.

Dixi, regulariter; nam ex circumstantia gra-
nipoest esse mortale; tale erit, si id fiat ex
contemptu Rubricarum, ex animo inducen-
di novum Ritus; si fiat semper, tunc enim
præsumeretur contemptus, aut si in die Pa-
schatis quis celebraret de Requiem, quod ef-
set in injuriam solemnitatis.

Hinc die Paschatis, Natalis, & similis so-
lemnitatis, cantari non potest Missa de Re-
quiem, etiam præfente defuncto; imò offi-
cium sepulture in sequentem diem transferri
debet. Tamb. ait, post Missam solemnem Sab-
bati Sancti dici posse Missam de Requiem de
die obitus, quia ex usu solemnitas festi est die
Paschatis, & ad summum etiam tempore
Missæ Sabbati. Anniversaria solemnia inci-
dencia in hujusmodi festis solemnioribus
transferri debent. Gav. par. 1. tit. 5. num. 2.
lit. X.

Dices mortale est notabiliter addere, vel
demere orationes Missæ, igitur.

Resp. Tamb. cit. n. 7. disparitatem esse, quia
id sapit mutationem Ritus; adeoque est mor-
tale, si non excuset parvitas materia: in varia-
tione autem Missæ non mutatur Ritus, sed re-
citur una Missa approbata pro alia appro-
bata.

QUÆRES VI.

251 *Quæ Rubricæ Missalis sint directivæ, &
quæ præceptivæ?*

Vetricell. r. S. q. 5. n. 222 ait, cum Fagun-
dez, solas illas Rubricas Missalis esse præ-
ceptivas, & obligare ad mortale, quæ spe-
ctant ad essentialia, aut quasi essentialia Sacri-
ficii; cæteras verò esse consilia, & doctrinales
instructiones. Ar.

Resp. cum Marchino, quem sequitur Tam-
bur. cit. c. 8. 1. omnes Rubricas esse directi-
vas, quantum aliæ sint etiam præceptivæ, &
illæ sunt, quæ continent aliquid, quod vel est
aliis ex jure, aut legitima consuetudine sub

mortali præceptum; vel quod ipsæ Rubricæ
expressè sub mortali præcipiunt. In quibus
est respectivè attendenda gravitas, vel levitas
materia, ac inadvertentia.

Hinc ait (Tamb.) Rubricæ de jejunio, de
integritate Sacrificii de præmittenda confes-
sione, de loco celebrandi, de ara consecrata,
de vestimentis, & instrumentis sacris, de ma-
teria sacramenti, & similibus, sunt præcepti-
væ, quia vel à jure naturæ, vel Divino, vel Ec-
clesiastico, præcipiuntur. E contra Rubricæ de
orando ante, vel post Missam, de numero ora-
tionum, de servando officio primæ vel secun-
dæ classis, & similibus, sunt directivæ sine onere
peccati mortalis, quia à nullo jure præci-
piuntur. Harum autem transgressio mortalis
esset, si fieret animo inducendi novum Ritus,
vel cum scandalo, aut contemptu. Contem-
nere censetur, qui semper, aut ut pluriùm il-
las non servavit ille Gav. par. 3. in appendice
post tit. 10.

DE STIPENDIO

252 *Stipendium non accipitur, ut pre-
tium fructus spiritualis Missæ, nec
ut pretium laboris intrinseci, qualis est ille,
sine quo Missa rite dici non potest, ut est la-
bor in induendis sacris vestibus, aut in reci-
tanda Missa longiori, quia sic committeretur
simonia; sed justè accipitur, vel ut pretium
sustentationis ipsius Sacerdotis, juxta illud:
Qui Altari servit, de Altari & vivat. tom. 1.
de usura ver. octavo, ratione promissionis; vel
ut pretium laboris intrinseci, qui suscipitur
propter circumstantias extrinsecas, ut est ob-
ligatio celebrandi in loco distant, tali tem-
pore, &c. vel dicendi Missam solemnem, seu
cantatam.*

Imò pro hac posteriori, & similibus cir-
cumstantiis, justè exigi potest stipendium ma-
jus taxato.

Justum

Justum stipendium dicitur, quod est à lege, vel consuetudine in singulis respectivè Diocesis taxatum. Panormi est trium carolorenorum.

253 Tamb. tenet te posse accipere duplex stipendium: 1. cum De Lugo, unum pro presentia, alterum pro applicatione, si tibi constet petentem solum velle presentiam, & à conversos, quia stipendium pro presentia accipitur pro labore extrinseco, pro tali loco, aut tempore, quo Missa sumitur celebranda: 2. Ratione diei festi, quia tunc unum accipis pro applicatione, alterum pro officii cura, quia die festo magis exposcitur, quam in feriato, quatenus tunc majorem populi commoditatem, & majus decus Ecclesie ac ejus Rectoribus cõfert: cui omninò contradicunt Diana: 3. cum Lezana, pro Missa cantata, etiam triplicatum stipendium juxta mensuram laboris, aut te accipere posse ratione officii cura, & laboris extrinseci. 4. Te posse accipere unum stipendium pro fructu impetrationis quem applices Petro ad aliquod beneficium obtinendam, alterum pro fructu satisfactiõnis, quem applices Paulo pro peccata debita peccatis illius, si Petrus, & Paulus expressè consentiant se velle solum unum fructum ex illis: quia ex una parte hi fructus sunt separabiles, & ex alia volenti, & consentienti nulla fit injuria. Si vero id non explicant, aut ex aliqua circumstantia non colligatur, tunc docet juxta Sacra Congreg. decreta te non posse, nisi unum stipendium accipere, quia utrumq; fructum acquirere volunt: ite ille.

254 Sacerdos non potest satisfacere per alium, collato minori stipendio, nisi alius sacerdos gratis, & liberè partem illam cedat: v. tom. 1. prop. 9. & 10. ab Alex. VII. damn. Unde si elemosyna excedat consuetum stipendium, non potest excessum sibi retinere, ex decl. S. C. in Decr. de Celebr. Miss. ad nonum; nam id esset avaritiæ, & mercaturæ genus,

tam sacro ministerio indignum. Hoc autem Decr. solum habet locum in collatione elemosynæ, quæ est purum stipendium, seu onus Missarum, minime in collatione in titulum Capellanie, seu beneficii tunc enim [ut eadem S. Congr. declarat octavum] potest Rector Missam alteri committere, dando justum stipendium, cetero pro se excessus, qui in Capellania, & beneficio solet elemosyna superabundans assignari ob alios titulos, & alia onera, aliaque servitii Ecclesie, & in Capellania spectantur. v. n. 276.

Tamb. ait: te posse retinere excessum, si constet, esse datum ob pecularem te quædam ad tuam personam, quia es amicus, & benefactor, &c. quia tunc elemosyna non fit pro Missa, de quo casu Sac. Cong. loquitur, sed ob alium titulum.

255 Præterea non prohibetur, quædam sacerdos, qui v. gr. recipit viginti scilicet viginti Missis, celebret ipse has Missas, remittendo totam elemosynam pinguem, & committat alteri Sacerdoti alias viginti, ad quem antea erat obligatus ex justo stipendio, dando idem justum stipendium, nisi sit expressè obligatus ad celebrandum eas per se ipsum, & non per alium.

Item S. C. ad septimum declarat, qui possit administrator Ecclesie erogatum potestatem justum stipendium retinere pro expensis cellariis ad Missas, dummodo Ecclesia non habeat redditus ad id sufficientes, Panormi retineri solent gratia quinque pro Missa.

256 Sacerdos, qui bona fide acceptis stipendiis unica Missa satisfacit obligationem pro Missarum, & postea devenit in certam fidem, cognoscens suam opinionem esse damnatam per Decr. Urb. VIII. & S. Congreg. tenetur Missas reficere, aut stipendia restituere.

re ex re accepta, dummodo possit, quia ad impossibile nemo tenetur. Quod etiam in simili de Missis advertit Scotus quod. 20. lit. T. v. num. 236.

257 Sacerdos recepit stipendium pro decem Missis charta involutum, putans esse justum stipendium, postea tamen invenit non esse justum. An possit numerum Missarum minuere ad ratam juxta consuetum, & justum stipendium? Responsum, monito illo, qui Missas petijt, ne anime suffragiis priventur, vel etiam non monito, si ex justa causa non potest; imò potest exigere in judicio supplementum. Dian. par. 10. tr. 16. ref. 71. Donatus tom. 4. tr. 7. quæst. 46. & 47. quia decreta obligantia Sacerdotem ad dicendum tot Missas, quot ad rationem attributa elemosyna prescripserint, supponunt in Sacerdote acceptante scientiam tenuitatis stipendii, ut patet per illa verba. Sacerdotes accipientes stipendia minus congruo, & ex leg. Qui autem, §. Edictum, ff. in fraudem creditorum. l. Ignorantes fraudem non debent in damno esse.

258 Monasterium, si postquam celebravit centum v. gr. Missas ab hærede, vel alio sub credito sibi commissas, pro recuperando stipendio aliquas expensas fecerit; tunc si postea debitor dato stipendio alias centum missas committeret, posset damnum sibi illatum compensare, minuendo numerum Missarum, juxta ratam expensarum. Peyr. tom. 3. c. 1. n. 27. alias cum suis stipendiis militaret. Idem asserit Bord. ref. 11. 4. n. 114. si Monasterium expensas fecerit pro recuperando ab hæredibus annuo censu; quia census ille datur pro sustentatione Sacerdotis, non pro litigando; & Monasterium se obligavit ad Missas sub determinato censu, non sub minori, ac proinde potest se indemnem servare.

Non obstat, quòd Missarum diminutio sit reservata Papæ; quia id est verum de dimi-

Potesi Exam. Ecclesiast. Tom. II.

nutione, quæ fit per dispensationem, minime, quæ fit per justam compensationem; illa quidem fieri debet auctoritate Superioris, qui in casu est solus Papa, ad quem spectat reductio; ad hanc sufficit in justitia ejus, contra quem fit compensatio. Injustitia enim, seu justitia commutativa læsa duos effectus essentialiter parit, unum in agente, & est onus restitutionis, alterum in patiente, & est jus compensationis, quando damnum sibi illatum, alia via sine notabili suo incommodo recuperare non potest; & Pontifices per tot Decreta Sacerdotes urgendo, volunt eos, dampnabili lucro despecto, sancto zelo, ac splendore munire, minime sua justitia exphare, ac laicis peiores reddere; quoniam teste Bernardo: *Quamvis non liceat Sacerdoti, ut de Altari luxurietur, licet, ut de Altari vivas: v. tom. 1. de furto, ver. Compensatio, & de prescriptione ver. contra onus Missarum.*

Monasterium, pereunte totaliter censu sine sua culpa, non tenetur ad Missas. Donatus. quæst. 60. quia Monasterium obligatur ad Missas propter stipendium. Tum quia pereunte fructu beneficii, cessat obligatio ad officium.

259 Difficultas est, si census pro Missis legatus non perierit, sed sit diminutus.

Diminutio autem dupliciter contingere potest, 1. intrinsicè, quatenus fructus capitalium sunt diminuti in se, vel ex circumstantiis temporum; vel quia domus, v. gr. est deteriorata, & ideo minus locatur, 2. extrinsicè, quatenus, licet fructus sint iidem, stipendium tamen ex lege, & consuetudine est auctum. Casu sic expolito

Donatus tom. 4. tr. 7. quæst. 59. & 62. negat, posse Monasterium pro rata minuere Missas in primo casu, concedit in secundo; quia in secundo habetur præsumpta mens testatoris, qui cum in principio Missam legaverit

Xxxxx

sub

sub iusto stipendio tunc currente, noluit Sacerdotem gravare, sed habuit respectum ad stipendium congruum, & consequenter præsumitur, quod si stipendium tunc fuisset majus, majus legasset; adeoque, quod consenserit in diminutionem; & è contra præsumitur, quod alioquin Monasterium non consensisset in numerum Missarum.

Tambur. negat in utroque casu ob Decr. Sac. Congreg. quia facta hac petitione: *Quid si legatum sit adeo tenue, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire, Sc. Sac. Cōgreg. respondit:*

Ad primum, & si legatum sit adeo tenue, nihilominus pro dicta reductione oneris, ut supra impositi ab eis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adendum, Sc. Et hac ratio Donati pro primo casu. Item facta hac alia petitione: Tertio. An cum Ordinarius prescripserit elemosinam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum, teneantur Missas ab offerente prescriptas celebrare: Respondit eadem S. Congr. Ad tertium teneri.

Bord. ref. 25. qu. 26. n. 37. A versa, Franc. Lugo, & Thomas Hurt. affirmant, posse in utroque casu. 1. Ratione Donati, qui utuntur pro utroque casu. 2. Quia sicut se habet totum ad totum, ita pars ad partem; adeoque si pereunte toto censu, cessat obligatio in toto, ita cessat in parte, si fiat diminutio census. 3. Quia contractus inter testatorem, & Monasterium est contractus justitiæ, quo ille tenetur ad stipendium, hoc ad Missas; unde sicut in aliis contractibus debitor servatur indemnus, ut patet in contractu locationis, in quo non tenetur conductor ad integram pensionem agri, quando ob grandines, alluvionem, aut similes casus fortuitos prædia conductæ remanent sterilia; ita nec in casu Sacerdos ad omnes Missas, sed potest minuere pro rata.

Ad Decreta Sac. C. respondet, ea hospitali stipendio tenui scienter accepto, & postea de stipendio in congruo scienter accepto post congruam taxam ab Ordinatione factam, quia stante Sacerdotis expresso consensu, la ei fit injuria; minime de stipendio ad iustum, & congruo, facto postea in congruo intrinsecè, aut extrinsecè, ut supra. Et accurrunt præfati Doctores, quos subsecutus tulisse.

260 Si testator non prescripserit numerum hæres non potest illum ad sui libertatem præscribere, sed juxta solitam taxam, ex Decr. S. C. Ad quartum.

QUÆRES I.

261 Sacerdos obligatus quantis ex stipendio ad celebrandum, accipiatur stipendium ob Missam, an possit necesse est, ut que satisfacere, celebrando in alio parochiati, aut cum medalia, vel calculo parochiati, applicando unum fructum Missæ, cum Indulgentiam Plenariam.

BOrd. ref. 25. quæst. 9. & 17. tenet, excepto care contra fidelitatem, non exco-stitiam, ac proinde non tenetur ad restitutionem; quia per solam Indulgentiam servat principalis intento petentis, quod est liberari à penis Purgatorii (quodque supplicare posse in casu) in id melius, quis Indulgentiam plenariam magis valet pro Defunctis, quam actus Missæ.

Resp. eum non posse, sed peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem. Dicitur per 10. tract. 16. ref. 70. & Tambur. cuius ratio est, quia vel offerens stipendium petit etiam Indulgentiam, vel non; si primum, ex conventionione debes unà cum Missa Indulgentiam; secundum, non potes mercedem accipere non conventa. Tum quia hæc est veritas

negotio, à qua multum abhorrent Summi Pontifices ut ex verbis Doct. Urb. VIII. *Volens omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere, prohibet, &c.*

Tum quia pro Indulgentia Altaris privilegiati, est alia specialis ratio; nam hæc regulariter non conceditur, nisi illi animæ, pro qua fructus Missæ applicatur; unde non potest uni applicari fructus Missæ, alteri Indulgentiæ Altaris; talis est Indulgentia Plenaria in concessione Altaris privilegiati Capellæ S. M. de Guadalupe nationis Castellane existens in nostrâ Ecclesia S. Mariæ Angelorum Panormi, data Romæ 3. Augusti 1695. ab Innoc. XII. Summo Pontifice.

QUÆRES II.

162. *An Regulares teneantur ad Missam Conventualem, & an quando eam dicunt possint applicare pro particulari accepto stipendio?*
 Donatus tom. 4. tr. 7. q. 102. & 103. vult, teneri sub mortali ad Missam Conventualem, eamque debere applicare pro benefactoribus, non pro pitantia. Probat ex cap. *Com creatura, de celebrat. Miss.* & ex Clem. *gravi de celebr. Miss.* in 6.

Diana par. 3. tr. 2. ref. 8. tr. 3. ref. 12. par. 5. tr. 3. ref. 51. & Vericelli tract. 8. quest. 30. defendunt, eos non teneri ad Missam Conventualem, eamque posse applicare pro particulari accepto stipendio, quia Ecclesiæ Regularium non sunt Collegiatae; hinc in allato cap. Clem. ab iis fecernuntur, 2. quia nulla lex id prohibet, nec adest ratio in contrarium; nam primus textus loquitur de Clericis, in odiosis autem nomine Clericorum non veniunt Regulares; secundus expressè loquitur de horis debitis, horis de votè psallendis.

QUÆRES III.

263. *An Sacerdos, qui ut celebret, cogitur emere sacras vestes, candelas, &c. possit licite stipendia Missæ augere.*

Alsum proponit Leander tr. 8. de Sacr. Missa disp. 4. q. 13. Qui respondet cum Philiberto, posse; quia aliàs esset pejoris conditionis illis Sacerdotibus, qui nihil infirmunt, nisi laborem celebrandi. Et quia detrahitis detrahendis, minima merces prefato Sacerdoti relinquere. Et nemo tenetur propriis stipendiis militare.

DECRETA S. CONGR. CONG. URB. VIII.

De Celebratione Missarum edita 21. Junii 1625.

264. 1. **C**UM sæpè contingat, &c. *Es infra.* Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, aut aliàs quomodo-cumque, reducant onera Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine foundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: Alioquin deductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

2. Deindè, ubi pro pluribus Missis etiam ejusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia quantumcumq; incongrua & exigu

Xxxxx 2

„gua, sive ab una, sive à pluribus pecto-
 „nis collata fuerunt, aut conferuntur in
 „futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capi-
 „tulis, Collegiis, Hospitalibus, Societati-
 „bus, Monasteriis, Conventibus, Congre-
 „gationibus, Domibus ac locis piis qui-
 „busque, tam secularibus, quam Regulari-
 „bus, Sacra Congregatio sub obtestatio-
 „ne divini Iudicii mandat, ac præcipit, ut
 „absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad
 „rationem attributa eleemosynæ præscri-
 „ptæ fuerint, ita ut alioquin si, ad quos
 „pertinent, suæ obligationi non satisfaciant,
 „quinimò graviter peccent, & ad restitutio-
 „nem teneantur.

„ 3. Id verò ut deinceps observetur exa-
 „ctius, Sacra Congregatio, eadem autho-
 „ritate revocat privilegia, & indulta om-
 „nia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis
 „piis, tam secularibus, quam Regularibus
 „cujuscumque Ordinis, Congregationis, &
 „Instituti, quamcumque ob causam concess-
 „sa quibus indulgetur, ut certarum Missæ
 „rum, aut Anniversariorum celebratione,
 „aut aliquibus collectis, seu orationibus,
 „plurium Missarum oneribus in futurum sus-
 „cipiendis satisfiat.

„ 4. Ac similiter omne damnabile lucrum
 „ab Ecclesia removere volens, prohibet Sa-
 „cerdoti, qui Missam suscipit celebrandam
 „cum certe eleemosyna, ne eandem Miss-
 „sam alteri, parte ejusdem eleemosynæ si-
 „bi retenta, celebrandum committat.

„ 5. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus
 „onera Missarum in perpetuum imposita
 „sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplen-
 „dis, eò tepidiores, ac legniores reddan-
 „tur, quòd onera hujusmodi, cum nulla
 „aut parva sint utilitate conjuncta; statuit
 „atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mo-
 „bilis Ecclesiis, Hospitalibus, Congrega-

„tionibus, Monasteriis, Conventibus, ab-
 „eis omnibus, tam secularibus, quam sa-
 „gularibus, atque illorum personis in-
 „rum simpliciter acquirenda cum onere
 „petio Missarum celebrandi unam, al-
 „quos pertinent, sub pena interdictionis
 „gressu Ecclesiæ ipso facto incurrendi
 „realis acquisitionis, statim deponenda
 „penes eadem Sacram, vel personam
 „& facultatibus idoneam, ad effectum ill-
 „seu illorum pretium quamprimum esse
 „stendi in bonis immobilibus fructifera
 „cum expressa, & individua mentione
 „ris, quod illis annexum reperitur, ac lo-
 „dem bona immobilia auctoritate Aposto-
 „lica deinceps alienari contingit, omni-
 „dem pretium sub eadem pena, in loco
 „deponi, atque in aliis bonis habitandis
 „dem fructiferis, cum ejus oneris repeto-
 „ne, atque annexione, converti debeat.

„ 6. Ad hæc Sacra Congregatio, quibus-
 „vis Capitulis, Collegiis, Societatibus,
 „& Congregationibus, nec non omnibus
 „& singulis Ecclesiis, ac priorum locis
 „rum, tam secularium, quam Regularium
 „Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet,
 „distinctè prohibet, ne in posterum onera
 „perpetua suscipiant Missarum celebra-
 „rum, saculares quidem sine Episcopi,
 „vel ejus Generalis Vicarii, Regulares
 „sine Generalis, vel Provincialis consensu,
 „& licentia in scriptis, & gratis, concessa
 „da; alioquin secularis, qui hujus privi-
 „bitionis transgressor extiterit, ab omni
 „Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regula-
 „ris verò, pena privationis omnium offi-
 „ciorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetua
 „inhabilitatis ad alia decetero obtinenda,
 „vocis que activæ, & passivæ, absque alia de-
 „claratione incurrat.

„ 7. Eleemosynas verò manuales, &
 „quotidianas

DUBIA SUPER PRÆMISSIS
DECRETIS SACRÆ CON-
GREGATIONI PRO-
POSITA.

quotidianas pro Missis celebrandis ita de-
mum idem accipere possint, si oneribus
antea impositis ita satisfecerint, ut nova
quoque onera suscipere valeant; alioquin
omnino abstineant ab hujusmodi eleemo-
synis, etiam spontè oblati, in futurum re-
cipiendis, & capfulas auferant ab Ecclesiis
cum inscriptione illa, *Eleemosyna pro Missis*,
vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso fa-
cto incurtendis, ne fideles hac ratione fru-
strentur.

8. Episcopus verò, seu ejus Vicarius, aut
Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia
pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in
singulis casibus diligenter inquirent de sin-
gulis Missarum celebrandarum obligatio-
nibus, cuique Ecclesie, Monasterio, aut lo-
co pio incumbentibus, nec antea assensum
hujusmodi, aut licentiam præbeant, quàm
eis legitime constiterit, illius Sacerdotes,
tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis
jam susceptis satisfacere posse, præci-
puaque rationem habeant, ut redditus, qui
Ecclesiis, aut locis piis relinquuntur, omni-
no respondeant oneribus adjunctis, secun-
dum morem cujusque Civitatis, vel Provin-
ciae; intelligantque, si in re tanti momenti
desides, aut negligentes fuerint, in novissi-
mo die se hujus prætermissi muneris ratio-
nem esse reddituros, &c.

9. Postremò Superiores existentes intra
fines Italiae, & Insularum adjacentium,
computent in primò congregando Capi-
tulo redditus Conventuum, eorumque sum-
mam ad Sacram Congregationem mittant,
ut &c.

265 Super primo Sacræ Congregatio-
nis decreto de celebratione Missarum,
quo prohibetur, ne Episcopi in
Diœcesana Synodo, aut Generales in Ca-
pitulis Generalibus, vel aliàs quoquomo-
do; reducant onera ulla Missarum celebra-
ndarum, aut post idem Concilium imposita,
aut in limine fundationis.

Quæritur, Quid si legatum sit ita tenue,
ut non sit, qui velit onus illi injunctum
subire, etsi recurrendum sit ad Sedem A-
postolicam pro moderatione oneris, to-
tum, aut ferè totum infundendum sit pro
expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fun-
datione, ut possit hujusmodi onera mode-
rari?

Secundò, super secundo ejusdem Con-
gregationis decreto, quo cavetur ut cele-
brentur tot Missæ, quot ad rationem tribu-
tæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, An verba illa, *præscripta fue-
runt*, intelligenda sint de præscriptione facta
ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscriperit
eleemosynam congruam juxta qualitatem
loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes
accipientes stipendium minus congruo, te-
neantur Missas illis ab Offerente præscri-
ptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur
Missas celebrare ratione beneficii, seu Ca-
pellæ, legati, aut salarii, possint etiam
manualem eleemosynam pro Missis voti-
vis, aut Defunctorum recipere, & uni-

XXXX 3

,co

„eo Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere?

„Quintò, posito, quòd testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ, absq; ulla præscriptione eleemosynarum?

„Quæritur. An liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

„Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

„Quæritur. An verba, *in futurum suscipiendis*, intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium?

„Septimò, super quarto ejusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

„Quæritur. An permittendum sit admistratores Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesie, Alcarium, vini, Hostie, & similibus?

„Octavo, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, id est, an Rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficii?

„Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debeant dare eandem

„integram eleemosynam eis, quibus Missæ celebrandas committunt. An vero solita, ut dent celebrantibus eleemosynam solitam?

„Undecimò, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cetera præcipitur, in hæc verba: *Eleemosynas veteri manum idem accipere possint, si oneribus antiquis impositis ita satisfecerint, ut nova quædam non obire valeant. Alioquin oneribus veteribus ab hujusmodi eleemosynis, etiam si gratis oblati, in futurum recipiendis, & capitis auferant, &c.*

„Quæritur. An hoc decretum præcipit, absolute, quò minus accipiant novæ eleemosynas, qui acceptis non satisfecerint, & quid, si congruo tempore postibus satisfecerint?

„Duodecimò, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento consentiat, Sacerdos Missam celebret, cum prima poterit?

„Decimotertio, an pena interdicti habeat appositæ in eodem decreto applicanda eos, qui accipiunt eleemosynas contra legem ibi præscriptam, quum eos, qui auferunt capsulas ab Ecclesiis, abbas præcipitur?

„Decimoquarto, an in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ quæ apponuntur in Ecclesiis in die Commemorationis Omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur *capsule de Mortis*?

„Decimoquinto, an Administratores Ecclesie magnæ devotionis, & concientie possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si in eadem Missis, non nisi per longum tempus, satisfacere valent, ac cultus Ecclesie, devotio, ac concientia huiusmodi, ut ajunt, minuantur?

Decimosextò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directâ solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiis, & piorum locorum, tam secularium, quam Regularium Superioribus, de quibus sit expressâ mentio; non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali, & aliis ad quos pertinent, supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimosextò, super septimo ejusdem Sacre Congregationis decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religioforum præfixatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut elemosynis commodè possit sustentari.

Queritur. An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis decreti sanctæ memoriæ Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujusque Religiosi, sit denuò facienda, necne?

Decimosextò, an Novitii ad habitum regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus habitata, ut supra præfixione numeri, commodè alii non possunt?

Decimononò, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut alioquin subsint jurisdictioni ordinariæ.

Queritur. An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capucinatorum, & Societatis Jesu?

Ultimò. An idem decretum, ubi dispositum, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi

&c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proxime antecedens, an verò etiam extra Italiam;

DECLARATIONES, SEU RESPONSIONES AD SUPRADICTA DUBIA.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi à Sanctissimo Domino Nostro attributa, ad singula dubia superius præposita, ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad primum, etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra impositi, ab iis, ad quos pertinet, sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quòd magis in Domino è re esse judicaverit: Verumtamen, si in ipsa beneficii erectione expressè cautum fuerit, ut liceat Episcopo in junctum onus reducere, ac moderari, legem hanc foundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui elemosynam tribuit, non autem ab Ordinario: Quòd si tribuens elemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere quot præscripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu Capellæ. Legati, aut salarii, si elemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missas, si utrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam elemosynam testator deliquit, esse ab Episcopo

„ Episcopo præscribendam eleemosynam
 „ congruam, quæ respondeat oneribus Missa-
 „ rum celebrandarum, secundum morem
 „ Civitatis, vel Provinciae.

„ Ad sextum, ita esse intelligenda.

„ Ad septimum, respondit, permitendum
 „ non esse, ut Ecclesiae, ac loca pia, seu illo-
 „ rum Administratores, ex eleemosynis Missa-
 „ rum celebrandarum ullam, utcumque; mi-
 „ nimam, portionem retineant ratione ex-
 „ pensarum, quas subeunt in Missarum cele-
 „ bratione, nisi cum Ecclesiae, & loca pia
 „ alios non habent redditus, quos in usum
 „ earundem expensarum erogare licitè pos-
 „ sunt; & tunc quàm portionem retinebunt,
 „ nullatenus debere excedere valorem ex-
 „ pensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ
 „ Sacrificio necessario sunt subeundæ; & ni-
 „ hilominus eo etiam casu curandum esse, ut
 „ ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut su-
 „ præ deductis, absolute tot Missæ celebren-
 „ tur, quot præscriptæ fuerint ab offerenti-
 „ bus eleemosynas.

„ Ad octavum, non habere locum, sed fa-
 „ ctis esse, ut Rector beneficii, qui potest
 „ Missam per alium celebrare, tribuat Sacer-
 „ doti celebranti eleemosynam congruam,
 „ secundum morem Civitatis, vel Provin-
 „ ciae, nisi in fundatione ipsius beneficii ali-
 „ ud cautum fuerit.

„ Ad decimum, debere absolute integram
 „ eleemosynam tribuere Sacerdoti celebran-
 „ ti, nec ullam illius partem sibi retinere pos-
 „ se.

„ Ad undecimum, respondit, non prohi-
 „ bere absolute: Ac propterea, etsi oneribus
 „ jam susceptis non satisfecerint, posse tamen
 „ nova etiam onera suscipere Missarum cele-
 „ brandarum, dummodo infra modicum
 „ tempus possint omnibus satisfacere.

„ Ad duodecimum, quàmvis onera susce-

„pta infra modicum tempus adimpleri po-
 „ queant, si tamen tribuens eleemosynam
 „ pro aliarum Missarum celebratione iustè
 „ & consentiat, ut illæ tunc deo in celebra-
 „ tur, cum susceptis oneribus satisfieri
 „ fuerit, decretum non prohibere, quo-
 „ niam eo casu eleemosyna accipitur pro
 „ dem Missis juxta beneficiarii conditionem
 „ celebrandis.

„ Ad decimumtertium, hoc potest
 „ habere locum, nisi in susceptis oneribus
 „ per petua Missarum celebrationem continen-
 „ centia Episcopi, vel ejus Generalis Vicari
 „ aut Generalis, vel Provincialis.

„ Ad decimumquartum, comprehendit
 „ Ad decimumquintum, non posse, nisi
 „ consensu eorum, qui eleemosynam
 „ baunt, ut supra in responsione ad duo-
 „ cimum.

„ Ad decimumsextum, comprehendit
 „ iam privatos Sacerdotes.

„ Ad decimumseptimum, numerus
 „ xionem esse iterum faciendam, servanda
 „ ma ultimi decreti hac de re editi.

„ Ad decimumoctavum, esse admodum
 „ ad professionem, si aliis habiles essent,
 „ ac deinde in aliquo alio Monasterio
 „ dem Religionis esse collocandos, quomodo
 „ modè ali possint.

„ Ad decimumnonum, censuit comprehendit
 „ dere.

„ Ad ultimum, habere locum extra
 „ liam.

Cosmus Card. de Torres
*Prosper Fagnanus S. Cong.
 Secretarius.*

Quæ Decreta novissime constituta sunt
 per eamdem S. Cong. 23. Novembris 1697.
 Et roborata per Bullam Innoc. XII. Lincey
 per 22. Decembris 1697.

DE TEMPORE OBLIGATIONIS.

266 Sacerdos, qui plura onera Missarum suscepit, debet eas celebrare intra modicum tempus, nisi conferens elemosynam sciat, & consentiat, ut celebratio differatur, donec aliis satisfaciatur. S. C. ad unicum.

Modicum tempus iudicandum esse consideratis Missarum numero, necessitate petitionum, & similibus circumstantiis, volunt nonnulli. Alii extendunt ad tres menses, alii ad duos, moti ex Trid. sess. 2. de reform. cap. 1. & sess. 24 cap. 1. ubi Episcopus per tres menses, Canonici verò, & similibus per duos conceditur postea suis Ecclesiis abesse.

Aliquando dilatio unius diei potest esse notabilis, ut si quis velit Missam pro Agonizante, pro lite eo die dicenda, &c.

QUÆRES

267 An omittens, aut notabiliter differens unam vel alteram Missam peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?

Peccare venialiter, solum vult Tamb. in meth. celebr. Miss. lib. 3. cap. 1. § 9, num. 18. quia in omissione Missæ attendi debet damnum temporale ex quantitate stipendii; non spirituale; alioquin mortalis esset omisso Salutationis Angelicæ.

Resp. peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri. Mastr. & Bonac. quia materia stipendii est gravis ratione circumstantiæ adjunctæ, nempe damni gravis spiritualis: cuiusmodi est privatio fructus Missæ debiti ex iustitia.

Ad rationem in oppositum: licet quodlibet bonum spirituale sit appetitivè majus quolibet temporali; intra lineam autem boni

Potes. Exam. Ecclesiast. Tom. III.

spiritualis, secundum moralem hominum existimationem, datur parva materia: liquet doctrina communi; fructus divini officii est spiritualis, & tamen datur in illo parvitas materia, qualis dicitur omisso unius Psalmi, atque etiam gravitas materia, qualis est omisso unius horæ; ita multò magis omisso unius Missæ; nam onus, quod ibi parit præceptum, hic parit stipendium, & pactum; & similiter, si omisso unius Psalmi est venialis, ita omisso unius Ave.

268 Sacerdos non obligatus ex stipendio, peccat mortaliter, si legitime non impeditur, quater, aut ter saltem in anno in festis solemnioribus non celebret. Leander. 8. de sacrifi. Miss. disp. 5. q. 1. contra Dian. pa. 2. rr. 14. re. 19. quia regulariter scandalum adest; quis enim sciens, Sacerdotem non legitime impeditum, nunquam celebrare, non pariet suspensionem ejus perveræ conscientie, cum periculo in juvenibus labendi ad ejus exemplum?

269 Sacerdos etiam Parochus die Nativitatis domini non tenetur omnes tres Missas celebrare, sicut nec Parochiani tenentur omnes tres audire; quia celebratio trium Missarum est privilegium, non præceptum.

DE OBLIGATIONE QUOAD LOCUM

270 Sacerdos, qui ex fundatione, aut alio titulo tenetur in aliqua Ecclesia, aut Altare determinato celebrare, si testator Ecclesiam, aut Altare determinavit exprimens, id velle ob peculiarem sui devotionem ad locum illum, seu imaginem; in decorem, & splendorem suæ domus, cujus est Capella, vel in commodum populi, ut ibi Missam possit audire, peccat mortaliter alibi celebrando, nisi ratio id faciat, puta ter, aut quater, ob parvitatē materiæ; nec tunc peccabit venialiter, si ex rationabili causa faciat ex præsumpta testatoris voluntate.

Yyyyy

Quod

Quòd si ad nil eorum respexit testator, qui designavit Altare, tunc non erit mortale in aliis Altaribus, ejusdem tamen Ecclesie, celebrare. In aliis autem Ecclesiis celebrare cederet in præjudicium prioris Ecclesie, quæ jus acquisivit; & esset mortale, nisi ratio fieret; aut nisi ob Sacerdotum multiplicatam, parvum unius Missæ celebratio ibi reputaretur.

271 Si testator in determinando Altari non respexit ad causas prædictas, potest in alio Altari ejusdem Ecclesie, quod sit privilegiatum celebrare. Leander cum Logo de sacrificio Missæ. 8. disp. 4. q. 27. quia gerit utilius rem testatoris, qui proinde non præsumitur rationabiliter invitus. Quòd potiori jure dico, si erectio Altaris privilegiati in Ecclesia illa facta esset post testatoris mortem; tunc enim Sacerdos ibi celebraret ex voluntate rationabiliter, & prudenter, imò moraliter certò præsumpta testatoris; quilibet namque præsumitur, quòd velit id, quòd est sibi utilis. Tunc quidem testator, si viveret, gratias Sacerdoti ageret, sicut gratias ageret creditor, si debitor unum debens, duo solveret, unum ex justitia, aliud gratis.

Dic quæso: si tibi daretur optio eligendi solum fructum Missæ, aut fructum Missæ unà cum Indulgentia Plenaria liberationis animæ quid seligeres? Illud scio, fructum Missæ animæ applicatum esse sinitum, & tantum pœna Purgatorii satisfacere, quantum Deus sua infinita sapientia disponit, ut in n. 234. Indulgentiam verò Plenariam solvere plene, & adæquate totam pœnam in Purgatorio debitam, ut in tom. 1. de Altari privileg.

Imò si fundator designavit Ecclesiam, habens pro fine, ut ibi frequens populus audiat; & contingat, ut nullus, aut valde pauci eò ad Missam accedant, tunc Sacerdotem posse alibi celebrare, tenet Tamb. in meth. celebr.

Miss. lib. 3. c. 6. §. 3. n. 3. nisi aliud sit in conditione expressum; quia cessante causa cessat effectus, & talis præsumitur testatoris voluntas.

272 Celebrans sine justa causa in alio templo, aut Altari, peccat, uti supra, sed non tenetur restituere stipendium hereditario, ut Missam in loco designato repetere, quia Missa ubique est æqualis valoris. Unde hoc testator fregit, non justitiam. Leander. tr. 8. de par. Miss. disp. 4. q. 25. & Bonac.

Quòd si teneatur celebrare in Altari privilegiato, alibi celebrando, eum tenentur restitutionem compensando aliis orationibus, docet Dian. par. 2. tract. 4. ref. 29. cap. Tamb. cit. num. 10.

Non enim (ait) tenetur ad repetendam Missam; quia restitueret plus, nempe duplicaciones, & onus restitutionis est ad expelle, non ad plus. Nec ad orationes; quia onus est scrupulorum fomentum, quantum nesciat, quanta sit pœna satisfacienda, nisi quantæ sint orationes necessariæ.

Confulo, ut talis Sacerdos aliquam indulgentiam Plenariam hujusmodi annuatim plicet.

Obligatum celebrare in Altari privilegato, si celebret in alio Altari applicando Medalliam, Coronam, seu calculum privilegatum, non satisfacere, tenet Tamb. in meth. cum de Logo; quia Indulgentia Altaris edita, Medallie minus certa.

At satisfacere, docent Bord. ref. 25. 44. Dian. par. 6. tr. 6. ref. 12. & alii, si testator aliud intendat, nisi liberationem animæ, quæ satisfacit per æquivalens, & differtentia Altaris, ac Medallie quo ad hoc est materia liberior certitudo purgatur, si Medalliam habuerit à Papa, aut fide digno.

DE VACATIONE.

273 **C**apellanus, si per modicum tempus infirmetur, non tenetur satisfacere per alium aut compensare; idque ex rationabiliter præsumpta voluntate fundatoris. Modicum alii dicunt decem dies, alii mensem, alii cum Peyr. duos menses respectu totius anni.

Capellanus, seu beneficiatus obligatus toto anno celebrare quotidie, siue directè, siue indirectè, quatenus onus est impositum Ecclesie, ut in ea à Capellano continue celebretur, potest vacare semel in hebdomada, non ex parvitate materia, sed ex præsumpta fundatoris voluntate, & consuetudine; nisi onus sit impositum Ecclesie, ut curet dici missam quotidie, vel nisi expressè Capellano imponatur, ut Missas quotidie per se, vel per alium sine interruptione celebret.

274 Item talis Capellanus potest quater, aut sexies in anno pro se, aut suis celebrare, ex eadem præsumpta voluntate fundatoris, qui non est credendus, quòd voluerit hoc singulare auxilium spirituale suo Capellano denegare: si enim de hoc interrogatus fuisset aut cogitasset, non negasset. Diana, Peyr. & Taro.

275 Pro his Missis, quando pro aliis applicat, non potest stipendium accipere, nec quòd ei vacare permittitur, potest pro alio celebrare accepto stipendio; nam hoc est avartitæ genus. Et Missæ Capellani, quando celebrat, sunt fundatoris, sicut fructus agri, siue tenentis, siue pinguior, est domini.

276 In legatis verò non est concedenda vacatio, neque ratione infirmitatis, sicut in Capellanis, sed est Missa per alium Sacerdotem supplenda. Hujusmodi solent esse Missæ perpetuæ in Monasteriis ab ipsis Monialibus relictiis, sunt enim propriè legata, minime Capellanæ, nisi improprie, & vulgò sic dicte; quia Monialis non fundat Ecclesiam, aut Alta-

re cum deputatione Clerici, ut ei inserviat, assistat, &c. ut in n. 248. Sed solùm legat Monasterio Missam pro sua anima in eadem Ecclesia celebranda. Et ita servatur Panormi in Ecclesia Patrum Oratorii, ubi assignatur Sacerdoti legatum; sed eo vacante etiam per unum diem, & ob infirmitatem, suppletur Missa per alium, uti in Missis manualibus.

Aliqua tamen Epikèja uti possumus in legato personali, relicto scilicet tali Sacerdoti individuo, cum respectu ad Sacerdotis personam, quam legans intendit juvare, juxta dicta n. 249.

277 Capellanus tenetur celebrare per se ipsum, si id fuerit in fundatione Capellanæ expressum. Sed tunc potest eligi Capellanus non Sacerdos, qui infra annum possit ordinari in Sacerdotem; hoc namque etiam in beneficiis Parochialibus indulgetur. Si verò non exprimitur, quòd debeat esse Sacerdos, qui per se ipsum Missas celebret, tunc poterit celebrare per alium; imò poterit Capellania conferri ei; qui decimum quartum annum agit. Mendo *ver. Capellania num. 5. v. num. 108.*

DE DISPOSITIONE SPIRITUALI SACERDOTIS.

278 **N**on peccat mortaliter Sacerdos celebrans non recto Matutino. Donatus *tom. 4. rr. 7. g. 8 4.* quia non constat, quòd consuetudo sit accepta sub culpa. Et Rubrica non est præceptum, sed consilium ob devotionem majorem. His rationibus Tamb *in verb. celebr. Miss. lib. 1. cap. 7. §. 2. num. 3* inferri esse veniale.

279 Sacerdos celebraturus, & laicus communicaturus, quamvis sit contritus, ex Tridentin. *sess. 13. cap. 7. Canon. 12.* debet confessionem præmittere: *Modò non desit illis copia Confessoris: quòd si necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebraverit*

Yyyyy 2 quam-

quàmprimùm confiteatur. Idque ex præcepto ex illo Pauli ad Cor. 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

280 Necessitas ex triplici capite potest oriri, 1. quia *desit copia Confessarii*, 2. *ex infamia*, 3. *ex damno.*

DEEST COPIA CONFESSARII

281 1. **S**i sit, & non velit audire, 2. si Religiosus habeat casum reservatum, & Superior à pio Confessario requisitus licentiam absolventi neget.

282 Tunc Confessarius inferior potest dictum Religiosum directè à casu reservato, seu excommunicatione reservata absolvere *pro illa vice*, Diana *par. 9. tr. 3. ref. 15.* facultate illi concessa à Papa in eo casu denegate licentia per Decr. S. Conc. die 21. Sept. 1624. jussu Urbani VIII. editum supra Decr. Clem. VIII. de reservatione casuum à Regularibus faciendâ, quod est in Bulla Cher. p. 67. & Lantusca Bulla 28. p. 72. ubi particula *pro illa vice*, intelligitur, toties, quoties casus occurrerit, quia non apponitur particula taxativa, *tantum*; unde significat illam vicem, quando Confessarius facultatem petit, & Superior denegat. Diana cit.

283 Si Confessarius distet per tria millia-ria, Canus vult, quod censeatur absens; alii volunt, quod sit adeundus, si non singulis diebus, saltem aliquoties. Tambur. cum De Lugo id remittit arbitrio prudentis juxta circumstantias personæ, temporis, difficultatis, itineris, &c.

EX INFAMIA.

484 **S**acerdos, si, dum facris indutus, sibus pergit celebratus, vel postquam Missam incepit, recordetur peccati mortalis à se post ultimam contritionem commissi, & non potest sine infamia quam prudenter timet, se divertere ad confessionem, sufficit, quod eliciat actum contritionis putata, & sic potest sacrificium incipere, & inchoatum perficere. Ità pariter, recordetur se esse excommunicatum, suspensum, interdictum, vel irregularem. Idem dicitur de laico, si genuflexus ante introitum communionis, recordetur peccati post confessionem commissi, & ex recellu timorata infamia; quia præceptum divinum positivum respiciens propriam unitatem intuitualem operantis, quale est de integritate materiali confessionis, & de præsentatione confessionis, non obligat eum contra regem, sed humano modo; unde non obligat inoperte necessitate, seu jure naturali, quædam vitando gravi damno in fama, &c. Ite illa sit inchoata, ultra notam infamiam reverentia sacrificio debita, ut perhibetur.

285 Sacerdos autem iste tenetur potius confiteri, quàmprimùm, videlicet inchoandum. Diana nam ex l. final. Cod. de juri-Illic, id est intra triduum. De Lugo id tenet arbitrio boni viri. Et quidem contritione potest casus, ut primo die apertus Confessarius contingat, qui forte postea intra triduum continget; tunc, inquam, non debet Sacerdos opportunitatem illam negligere: *quod non de auditione Missæ, ver. Integritas, & mane.*

286 Quæ particula, quàmprimùm confiteatur, non ligat Laicos, sed Sacerdotes.

est autem consilium, sed præceptum sub mortali obligans; quia communis intellectus Doctorum, optimus legis interpretis, illud intelligit esse præceptum; cui non satisfaciat Sacerdos si suo tempore confiteatur: aliis Trid. ad nihil novi per illam particulam obligaret; nam Sacerdos ille, quando denuo celebrare debet, tenetur ex præcepto divino confessionem præmittere: *vide tom. 1. propof. 38. & 39. ab Alex. VII. damn.*

187 Si autem peccatum, cujus recordatur, fuerit commissum ante confessionem, ac proinde indirectè absolutum, non tenetur de eo actum contritionis elicere; quia nulla est ejus necessitas, aut præceptum; nam cum fuerit de eo indirectè absolutus, jam est in gratia, & dispositus, & solum habere debet propositum suo tempore confitendi peccatum oblitum.

188 Extra casum verò urgentis necessitatis, tenetur confessionem talis peccati mortalis oblitum præmittere; quia præceptum est de præmittenda confessione integra, nedum formaliter, sed etiam materialiter: & peccata in confessione oblita, sunt absoluta indirectè, adeoque cum onere ea postea subjiciendi directè clavibus: *v. tom. 1. propof. 11. ab Alex. VII. damn.*

EX DAMNO.

189 Sive temporalis, sive spirituali, quod prudenter times. Unde Sacerdos si ex confessione alicujus cum quodam Confessario timet non leviter, sed prudenter grave malum, aut fractionem sigilli, si alius Confessarius non adsit, potest illud silere, debet tamen alia confiteri.

190 Si Confessarius non adsit, non potest celebrare cum sola contritione, ut alii satisfaciant præcepto audiendi Missam, nisi adsit infamia; quia præceptum auditionis Missæ

est humanum, præceptum verò de præmittenda confessione est divinum; adeoque fortius obligat. Et nunquam sola devotio facultatem concedit celebrandi sine confessione. Hanc facultatem dat necessitas celebrandi ad dandum viaticum moribundo.

191 Necessitates, quæ dictam facultatem concedunt Sacerdoti ad celebrandum, & laico ad communicandum in casu, quo recordetur peccati mortalis, eandem concedunt in casu, quo recordetur; se esse excommunicatum, suspensum, aut irregularem, quia fortius impedit à celebrando peccatum mortale, quàm censura, cum illud impediatur jure divino, hoc Ecclesiastico; & tunc cum censura celebrans non evadit irregularis deest tamen interim diligentiam pro absolutio- ne obtinenda adhibere, adeundo per se, vel per alium superiorem.

192 Onus Capellanie, & indigentia stipendii, volunt aliqui, quod det licentiam Sacerdoti, si confessarius absit, celebrandi sine previa confessione cum contritione, & voto confitendi quamprimum, & Confessarium curandi. Hoc autem non est ita liberè concedendum, sed solum quando Sacerdos est in tam gravi necessitate, aut non habeat unde sustentari; qua gravi necessitate seculsa, debet à celebrando abstinere, & postea Missas per se, vel per alium supplere. *Tamb. cit. num. 59.*

DE DISPOSITIONE CORPORALI.

193 Sacerdos celebraturus, & laicus communicaturus, debet esse jejunus jejunio naturali.

194 jejunium naturale ab Ecclesiastico differt quia jejunium Ecclesiasticum consistit in unica comestione, & abstinentia à carnibus. jejunium verò naturale consistit in omnimoda abstinentia cibi, & potus à media nocte us-

Yyyy 3 quo

que ad communionem inclusivè; adeoque jejunium naturale non admittit parvitatem materiæ, sed violatur per granum anisi, aut per guttam aquæ ex industria sumptam; & ejus violatio est sacrilegium.

295 Ad ejus autem violationem duo requiruntur: primum, ut id, quod sumitur, sit cibus, aut potus; cibus, & potus est ille, qui in stomacho alteratur, & ad digestionem pertinet: secundum, ut sumatur per actionem, quæ sit comestio, vel potatio, nempe ut per os assumatur, & in stomachum trajiciatur.

EX DEFECTU PRIMI.

296 Non violant jejunium naturale, & à fortiori neque ecclesiasticum fructum ligni solidi, unguis, moneta aurea, plumbum, officulum sive fructuum, sive alterius generis, filum ex ferro, vel serico, aut lana, & similia; non enim sunt cibus, quia non alterantur in stomacho, sed eadem integra egeruntur.

297 Violant autem jejunium naturale charta, filum ex lino, palea, fœnum, terra, seu creta, quam mulieres comedunt, & cera; quia in stomacho alterantur.

298 Si quis deglutiat nucem cum cortice integram, frangere jejunium, putat Joan. Sanchez, quia est materia comestibilis, & per accidens non alteratur. Non frangere, opinatur Tambur, quia ut trajicitur, nec est alterabilis nec digestibilis: ita ille.

299 Demùm violant jejunium naturale potio medicinalis, autum potabile, & sanguis, quem quis ex vulnerato digito sugeret.

EX DEFECTU SECUNDI

300 Non violant jejunium naturale, si primo gutta aquæ, quæ commiscetur salivæ, dum os ablutis, aut gutta jusculi, quod gustas, an sit bene preparatum, & commixtum salivæ trajicis, vel unguis, qui ex capite fluit in os, & in mentum salivæ deglutitur; quia non est potatio, aut comestio, sed tractio salivæ. Secundo mulca, aut pulvis, quæ casu in os volent, & casu trajiciuntur, quia non est comestio, sed respiratio. Tertio, sanguis, vel humor ex capite, ut gingivis descendens, aut non immixtus salivæ, si deglutatur, quæ est fluxus. Quarto, tabacum per narium in pulvere, folio, aut fumo, & quælibet odor, quia est attractio, & attractio rium.

301 Caterùm, si culicem, vel muscam ex industria comedas, vel ea potens expectorajicis, violas jejunium, quia ex ore percipiuntur, & ex aliâ hæc est comestio, non respiratio.

302 Frustrata, quæ ex reliquis comestionibus remanent, si non ex industria deglutiantur, non violant jejunium, quia non est comestio, sed tractio cum salivâ, aut respiratio. Violant autem, si ex industria deglutiantur, quia comestioni æquivalent.

303 Pariter violant jejunium focorum, aut tabellæ in ore ante cubitum posite, quæ tamen post mediam noctem liquefiunt, & trajiciuntur.

Præfatas verò cibi reliquias nunquam violare jejunium, docent Dian. Suarez, & nonnulli graves Doctores apud Tambur, per modum.

607. CAP. 2. NUM. 25.

304 Si aromata, ut tabacum, mastichæ, &c. in ore conteras ad evacuandum humorem,

rem, &c. & non deglutias, non violas jejunium, etiam si aliquid ex his cum saliva delectat; nam cohiberi non potest, quin delectat saliva illa. aromatis affecta; & ratio est, quia non est per modum cibi, aut potus, sed salivæ; secus si granum aliquod ex his casu deciderat; quia tunc non est respiciendum (ut de musca casu deglutita superius diximus) sed commestio; ut liquet de projecto in lumine, qui licet invitus aquam deglutatur, non proinde est jejunos.

DE HOROLOGIS PRO JEJUNIO

305 Plura horologia bene regulata non faciunt opinionem probabilem, sed dubium de media nocte in ordine ad communionem. Rodriq. tom. 1. c. 105. n. 6. contra Dianam par. 4. tr. 3. ref. 19. quia in questione facti motiva utrinque æquæ probabilia non constituunt probabilitatem, sed dubium.

Probatur experientia ex 3. Regum 3. ex vulgato Salomonis judicio super duarum mulierum facto, quatum una affirmabat, puerum vivum esse filium suum, quod negabat altera; unde cum motiva fuissent utrinque æquæ probabilia; Rex remansit suspensus, ac dubius; ideo ut ad alteram partem se determinaret, voluit addere conjecturam, precipiendo, ut divideret puer inter utramque: quod ardentem recusante una, Rex sapienter ejus maternam pietatem comprehendit; unde ejus filium judicavit, ante quam conjecturam Rex erat dubius; dubium enim positivum est, quo quis consideratis utriusque partis motivis, ad neutram partem potest rationabiliter se determinare propter motiva æquæ utrinque moventia, ac proinde manet anceps, & in æquilibrio.

306 Præterea sunt sex testes æqualis fidei, quorum tres affirmant de visu mortem conjugis, alii de visu mortem pro eodem tempore negant; Judex remanebit non

probabiliter opinans, sed dubius, ita ut non possit permittere mulieri transitum ad secundas nuptias. Ita duo horologia bene regulata sunt testes æqualis autoritatis circa factum in designanda hora mediæ noctis; adeoque si disconveniant, non faciunt opinionem probabilem, sed dubium positivum, nisi addatur conjectura, qua rationabiliter magis ad unum inclinet.

307 Hinc, ubi sunt plura horologia bene regulata, qui mane celebrare vult, aut communicare, non tenetur stare primo horologio horam mediæ noctis signanti; quia in dubio melior est conditio possidentis, possessio autem in casu stat pro libertate, quæ est prior præcepto; nam præceptum jejunii est dubium, an tunc incipiat, & dubium supervenit libertati. Tum quia impedimentum dubium non potest tollere jus certum.

308 Difficultas est, an ubi est tantum unum horologium, qui communicare vult, teneatur statim in prima pulsatione à cibo, & potu desistere? In qua re quidquid resolvit alii. Dico, quod sciens, primum pulsatum esse horæ duodecimæ noctis, teneatur in primo pulsatu à cibo, & potu desistere; qui verò ignorat, aut dubitat, si primus pulsus sit horæ duodecimæ noctis, potest prosequi usque ad ultimum pulsatum, & mane communicare.

Contingere namque solet multis, quod audierint horam undecimam noctis, alii verò non audierint; & proinde priores, statim ac audiunt primum pulsatum horæ sequentis, sunt certi, quod sit pulsus horæ duodecimæ; posteriores verò ignorant, aut dubitant. Quo præmissis

Probatur assertio: hic namque non potest esse sermo de hora completa mathematicè, sed practicè, prout est nobis signum sufficiens, cujus sit horæ; non enim potest de pietate San-

lctæ Matris Ecclesiæ præsumi, quòd velit fideles stare horæ mathematicæ, quæ innumeris affligeret scrupulis; eo maxime, quia non solum horæ mathematicæ completa ante primum pulsus horæ sequentis, sed inter horam priorem completam, & primum pulsus horæ sequentis mediat intervallū quoddam transacta nā que rora horæ antecedentis, datur aliquale intervallum, antequam incipiat moveri maleus pulsans pro hora sequenti.

Horæ autem practica dicitur, in quantum est nobis signum sufficiens horæ determinatæ primus verò pulsus horæ duodecimæ respectu scientis, & advertentis est signum sufficiens horæ duodecimæ noctis, non sic respectu ignorantis non advertentis, aut dubitantis, sed respectu ejus, & secundum se est signum indifferens, ad eòque respectu prioris est hora practica, non respectu posterioris.

Insuper primus pulsus respectu prioris est impedimentum certum præcepti jejunii, respectu verò posterioris est impedimentum super veniens dubium, ob quod spoliari non potest possessione certa.

309 De dubio de media nocte, vel an comederit post: vide tom. I. de conscientia dubianum. 54.

DE SACERDOTE NON JEJUNO

310 Sacerdos non jejunus potest celebrare, primò ad dandum Viaticum alteri moribundo, si non adsint particule consecratæ, estò multi probabiliter negent, & solum id concedant pro dando Viatico sibi ipsi Sacerdoti. Instante autem propria morte licere non jejunò communicare, est certum.

311 Secundò, potest celebrare ad vitandū scandalum, aut infamiam, ut si in Altari ante consecrationem recordetur se non esse jejunum, poterit sacrificium prosequi; quòd si ejus recordetur post consecrationem, etiam nō

instante infamia, omninò debet sacrificium choatum perficere; Similiter, si latenter ad Altare recordetur non esse jejunum, de infamia discedere non valet, potest tamen nicare: v. n. 347.

312 Tertio in casu fragmenti, in quo discurrit Tambur. vel enim est sermo de momento tui sacrificii, sive magno, sive parvo te invento post assumptam ablutioem, hoc sumere licitè potes, sive statim, sive hinc Missa, quia pertinet ad idem sacrificium; probabiliter etiam in sacrificiis, & in quibuslibet spoliis, quia adhuc iudicium non solvissè totaliter sacrificium.

Vel est sermo de fragmento alterius sacrificii, & hoc probabiliter post ablutioem sumere potes, sive statim, sive hinc Missa, dum es in Altari, quia in totum reputatur sacrificium moralis consumptio, & quia fragmenta parva facile deperduntur, in hoc reventio est, si ab eo non jejunò allumantur, quicum tali periculo in sacrario conderentur, aut alteri Sacerdoti sacrificaturò darentur, potest Sacerdos pixidè purificare, & reliqua sumere, dum est in Altari post ablutioem ante ex inadvertentia non purificavit, dum tem hujusmodi fragmenta alteri sacrificiò sumere possis in sacrificiis, antequam in sacris bus spolieris, tu iudica: semper autem de momento de fragmento, sive parvo sive magno, nime de hostia grandi, aut integra parva hæc nāque debet in sacrario conderentur, aut alteri Sacerdoti celebraturo relinquat.

313 Possè verò Sacerdotem non sollicito abducere, sed pluries, & quoties fuerit, vinum infundere, & sumere ad illamdam particulam hostia, que fortiter cæcavit hæsit, non est dubium.

314 Quartò, quando Sacerdos post consecrationem unius, vel utriusque specierum rereur; tunc si non ad esset alius Sacerdos

jejunus, deberet à non jeuno perfici sacrificium.

315 Quintò, Sacerdos, si ei incutiatur metus mortis cadens in vitum constantem, si nõ jejunus celebrat, idque non in Religionis contemptum, sed ut alii Missam audiant; potest non jejunus celebrare, quia præcepta humana non obligant cum tanto dispendio: quo metu seculo, non potest non jejunus celebrare, ut alii Missam audiant, est nõ ad sit alius Sacerdos jejunus, quia præceptum jejunii naturalis est validus præcepto audiendi sacrum; & solus Pontifex potest à præcepto jejunii naturalis dispensare.

316 Sacerdos pluries in die celebrare non potest excepta nocte Nativitatis. Si verò sit jejunus, potest in sequentibus casibus. Primo, si Pastor habeat duas Parochias diffusas. Secundo, si concursus populi sit tantus, ut Ecclesia non capiat, licet tunc potius expediat celebrare extra. Tertio, si ante ablutionem moneatur de communicando infirmo, & suam hostiam sumpserit, nec sit alius Sacerdos: v. *num.* 348.

DE TEMPORE, ET LOCOS ACRIFICIL.

317 **T**empus, quo celebrari debet, est ab aurora, duabus scilicet horis ante ortum Solis, usque ad meridiem, sicutis privilegiis, quorum quidem virtute Mendicantes ex causa celebrare possunt tribus horis ante ortum Solis, & hora una post meridiem; quo indulto licet uti poterit quilibet alius Sacerdos, si ad sit consuetudo, aut ei suppetat justa causa.

318 Locus ex jure communi esse debet Ecclesia benedicta. Ex privilegio, verò aut dispensatione Papæ, oratorium, vel sacellum privatum, est nõ benedictum.

319 Non licere in navibus celebrare, docent Bonac. Dian. & alii apud Arsdekin; quia adest periculum effusionis sanguinis. Imò

Potes. Exam. Ecclesiast. Tom. III.

Diana apud Gobat *to. 1. tract. 3. num. 237.* refert declar. Card. de anno 1633. qua committitur Episcopis, ut prohibeant Sacerdotibus tam secularibus, quàm Regularibus, ne idem praxim deducant.

Licere autè in navibus grandioribus, & in longo itinere, etiam dum actu navigatur, tranquillo tempore aliquoties celebrare, putà ad audiendum Sacrum die festo, ad ministrandũ viaticum, & ad solatium spirituale vectorum si nullum sit periculũ effusionis sanguinis, aut amotionis hostiæ ex vento, tenent cum pluribus Arsdekin & Gobat. cit. qui addit ex Castropal. id esse à Clem. VIII. generaliter permissum navigantibus in Indias, & testatur, ab eis sic praticari.

320 In Ecclesia interdicti, aut violata, sive per justam sanguinis effusionem, sive per publicam, & illicitam humani seminis effusionem, sive in qua sepultus sit infidelis, aut excommunicatus non toleratus, celebrare non licet, antequam purificetur, quòd si violatio accidat, dum Sacerdos celebrat, si post inceptum canonem, sacrificium absolvat, si ante ab eo cesset, v. *num.* 347.

321 Sacrificium fieri debet supra Altare sub mortali, & immediatè supra Altare parvum lapideum consecratum. Altare esse debet triplici, aut saltem duplici mappa, seu lineo benedictis coopertum, cum Cruce, & Missali & duplici candela cerea accensa.

322 In Altari Crucifixi Crux debet esse à Cruce majori distincta; quia illa habet rationem imaginis: Negat Tamb.

323 Ex nulla necessitate licere sine lumine in Altari positò & à lampadibus extra Altare appensis distincto celebrare, & etiam si Missa si incepta, sed ante consecrationem continuare, tenent Bellar. Busemb. & Tambur. *in meib. Miss. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 1.* quia gravem parit irreverentiam.

Zzzzz

Scd

333 Vestes Sacerdotis sunt amictus, & alba linea, cingulum, manipulus, stola, & pianeta serica, vel lanea, qua sint eoloris correspondentis officio.

334 Alba, stola, & planeta dicuntur paramenta majora, quorum aliquid voluntarie omittere est mortale. Amictus, cingulum, & manipulus dicuntur paramenta minora, quorum aliquid omittere, probabile est non esse mortale, sed veniale ob parvitatem materiæ. Marchesius n. 94. Sed probabilis puto cum Gobat. *l. 1. c. 3. num. 347. 348.* esse mortale, excepto cingulo; quia eorum omisio notabilem parit deformitatem.

335 Sine aliqua veste ex minoribus potest celebrare Sacerdos necessitatis causa, puta ob necessitatem audiendi sacrum die festo, acquisitiones stipendii, si Sacerdos sit pauper, &c.

336 Ad celebrandum sine aliqua ex majoribus, requiritur major necessitas, videlicet 1. Ad ministrandum viaticum. 2. Ad implendum præceptum naturale divinum de Sacrificio perficiendo. 3. Ad vitandam mortem, nisi hæc incuteretur in fidei contemptum, quoniam leges humanæ non obligant cum tanto periculo.

337 Sine omnibus autem non licet, nisi ex maxima necessitate, puta ad vitandam mortem, non incussum tamen in fidei contemptum: ut si ferrox dux Sacerdoti vestes comparare non valenti minetur mortem, nisi pro anima suæ uxoris celebret. Gobat. *num. 1. r. 3. num. 352.*

338 Ad celebrandum verò cum vestibus omnibus non benedictis minor necessitas sufficit, puta ad audiendum sacrum die festo, &c.

339 Licetum est, aliquoties sine Altra lapideo consecrato celebrare ad implendum præceptum naturale divinum de sacrificio offe-

rendo aliquoties, contentum sub primo Præcepto. *num. 1. c. 1. de sum. Quod contingit in Regionibus hæreticorum, ubi non est liber usus Religionis Catholicæ; quia præceptum naturale divinum aliquoties celebrandi prævalet juri positivo celebrandi supra Altare lapideum consecratum.*

340 Imò Marchesius *num. 36.* id pluries in præfatis Regionibus concedit ex tacito Ecclesiæ consensu, ad fovendum fervorem fidei Sacrificium exposcentium.

341 Ritè autem *num. 130.* negat licere sine omnibus vestibus celebrare ad satisfaciendum præcepto naturali divino aliquoties celebrandi; quia omnium vestium omisio maximam affert deformitatem, & inde irreverentiam ipsi Sacrificio: non sic omisio Altaris lapidei consecrati, cui irreverentia cedit præceptum aliquoties sacrificandi.

342 Capellani in Ecclesiis Monialium non modo possunt, verum etiam tenentur in Missa se conformare Monialium officio; utantur tamen Missali Romano, Gavanti, Lezana, & Tamb.

343 Requiritur unus saltem minister, qui Sacerdoti circa Altare inserviat, qui sub mortali debet esse vir, non femina, ita ut in casu necessitatis potius celebrandum sit sine ministro. Dixi circa Altare; nam si respondeant in Choro Moniales, nec est inconveniens, nec prohibitum.

DE INTERRUPTIONE

344 Missa quoad partes essentielles, quæ sunt consecratio panis & vini, & consumptio, non potest sine sacrilegio interrumpi, nisi in flet periculum in Sacramento, aut vitam Sacerdotis, ex incursione hostium, hæreticorum, ex terræ motu, incendio, &c. tunc enim potest Sacerdos hostiam consecratam sumere, vel secum deferre

Zzzzz 2

fi

si ad vini consecrationem sine dicto periculo perveniri non possit.

345 Quoad partes verò accidentales, & Ritus, Missam interrompere licet ex gravi, & justa causa, 1. ob concionem, ordinationem, communionem populi, & edictorum publicationem, pro quibus extant Rubricæ, & consuetudines, 2. si ante Canonem Sacerdos recedatur alicujus impedimenti: putà non esse jejunum, esse in mortali, excommunicationem, &c. & non sit infamia, aut scandalum ex interruptione: *v. n. 202.* si post canonem, & præsertim post consecrationem, conteratur, & perficiatur, 3. si excommunicatus non toleratus, seu denunciatus, aut publicus persecutor Clerici interesse præsumat, moneatur, ut discedat.

346 Quòd si discedere renuat, & commode expelli non possit, incidit ille in novam excommunicationem reservatam Papæ; & Sacerdos, si inceptus non sit Canon, ab Altari recedat; si verò sit inceptus, & præsertim si sit peracta consecratio, recedentibus aliis præter ministrum, Sacerdos sacrum perficiat usque ad summationem, & tunc si excommunicatus iterum monitus non recedat, etiam ipse abeat, & in Sacristia cætera peragat. Ita Laymam, qui addit, hæc intelligi debere de sacrificio Missæ comparatione ejus tantum Altaris, cui excommunicatus præsumit assistere; unde nihil obstat, quòd Missa in aliis Altaribus, præsentibus etiam fidelibus, peragatur. *num. 320.*

347 4. Ob supervenientem gravem necessitatem proprii corporis, aut spirituales proximi, ut si moriturus sit baptizandus, vel absolvendus, tunc Sacerdos, ad sacrificium revertens, si consecratio erat facta, incipiat, ubi desierat, similiter, si non erat facta, sed parva mora intercesserit, minor quàm unius horæ; si verò longior, vel incipiat ab initio,

vel à celebrando desistat, si obligationem celebrandi non habeat.

348 Demùm ob adventum Principis, Prælati, aut populi Missam auditari, si auctoritas sit Sacerdos, & non sit facta oblatio, Sacerdos potest de novo incipere, putat Laymam cum Navar. sed rectius negat Tamb. quia talis adventus non affert tantam necessitatem, quæ irreverentiam interruptionis superet, nam illi, cum non sit alia Missa, non tenentur ad audiendam integram. Eadem ratione non potest Sacerdos ob hujusmodi adventum his eadem die celebrare: *v. n. 316.*

DE DEFECTIBUS IN SACRIFICIO MISSÆ OCCURRENTIBUS.

349 Sacerdos ante summationem accipiens se aquam, aut accitum consecrasset, debet ea mittere in sacrationem, aut alteri sumenda tradere, & vinum cum aqua imponere, ac consecrare.

350 Si id advertit post calicis, aut hostie summationem, D. Thomas vult Sacerdotem debere consecrare non tantum vinum, sed etiam novam hostiam, ac si nullam materiam consecrasset, hoc pacto, ut novam hostiam, & vinum offerat, oblatione saltem recente concepta, & statim post oblationem incipiat illis verbis: *Qui pridie quam pateretur*, & sequatur solita signa, ac orationem super communionem. Cujus ratio est, quia si non esset tibi hostia consecrata, non vertitur repetitio verborum, & signorum, quædam sunt non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus.

351 Scotus verò in 4. dist. 8. q. 3. dicit. *Et obicit, in allato casu sufficere consecrare solum vinum cum aqua sive nova hostia, reliqua omnibus omittis, quæ ante summationem dicuntur, & agi solent; quod ita fieri potest, ut celebrans, quasi accepturus ablationem, accipiat*

ad cornu Altaris, vinum, & parum aquæ calici imponat, ad medium redeat, & offerat, oblatione saltem mentali, immediatè consecret, incipiens à *simili modo*, usque ad *hæc quotiescumque*; statim sumat, ablutioem accipiat, & sinem Missæ prosequatur, qui modus præsertim in præsentia populi est expeditior, & ponitur in Rubricis Missalis Clem. VIII. de defectu vini, *num. 5.*

352 Uterque modus est aptus. Primus D. Thomæ, si Missa celebretur in loco privato, Secundus Scoti, si celebretur in loco publico, ubi adsunt auscultantes, ad vitandum scandalum, & conturbationem.

353 In quo casu non officit, quòd Sacerdos non sit jejunus, quia præceptum de integritate perficiendo sacrificio est majoris obligationis, quàm præceptum jejunii naturalis; quoniam hoc est Ecclesiasticum, illud verò divinum, ex Scoto *et. lit. D. & F.*

Imò si Sacerdos hujusmodi defectum cognoscit, dum habet in ore aquam, aut acetum illud, non debet illa projicere, sed sumere, quia esset irreverentia, imò periculum projiciendi fragmentum hostiæ sumptæ.

354 Idem pariter est dicendum, si totus sanguis effundatur è calice; & de hostia consecrata, si disparet, vel si post ejus sumptionem advertas non esse triticam; tunc enim alia hostia debet recensito modo consecrari.

355 Quòd si non possit nisi difficillimè alia hostia haberi, sacrum cum una sola specie sumas, prætermittendo verba; & signa, quæ ad speciem deficientem spectant; nam vitæ notabilem offensionem plebis est de jure natura, integritas verò sacrificii solum de jure divino; adeoque illa est majoris virtutis.

356 Si autem propter ignorantiam, aut animi turbationem, quæ in his casibus acciure solet, defectum non supplevisti, sed

Missam terminasti, non debes aliud sacrum perficere, quia tunc non judicatur esse idem, sed aliud sacrificium.

357 In dubio, alio modo est discurrendum nam si dubitas, an sit acetum post calicis sumptionem, teneas fuisse vinum, quia possidet substantia vini,

358 Idem teneas, si dubites post consecrationem, ne sine certo fundamento turbetur sacrificium, ejusque ordo; quoniam possidet substantia vini. Si dubites ante consecrationem, vel debes deponere rationabiliter dubium, vel vinum mutare, ne periculo non consecrandi te exponas; & tunc si non invenitur aliud vinum, vel nisi difficillimè, si non est incepta consecratio, desistas; si verò est incepta, præsumas esse vinum, & prosequere; quia melius est, deposito dubio sacrificium perfici, quàm cum dubio incomplementum certo pati. Ita Tambur.

Acetum verò illud, si remanserit, vel sumas post sumptionem sanguinis, vel alicubi reverenter serves stupa, aut panno lineo imbibitum, donec siccetur, & tunc comburi debet, & in sacrarium projici.

359 Quia in hujusmodi defectibus, tam substantialibus, quàm non substantialibus subitæ perturbaciones solent oriri: ea ex Doctoribus sit regula, ut considerata (quantum tempus permittit) gravitate, vel levitate rei, quæ deficit, incommodo, scandalo quòd potest oriri, id facias, quòd melius videbitur, nec scrupulosè te geras; nam quidquid in ea perturbatione bona fide facis, bene coram Deo facis; quia si est error, per bonam fidem, & perturbationem non censetur deliberatè factum, ut sit mortale. Ita Tamb. *lib. 2. cap. 5. n. 30. in Meth. cel. Mis.*

360 Si hostia consecrata è manu Sacerdotis in calicem cecidit, & tota sit humefacta, ut frangi non possit, nil est reiterandum, sed

fractione relicta, omnia dicat Sacerdos, omittendo tamen solita signa supra hostiam, & prolequatur sacrum; quia nil substantiale deficiet; ad communionem autem signans se calice dicat: *Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam aeternam. Amen.* Si verò non sit tota humefacta, fiant omnia solita signa cum residua parte hostiae non humefacta.

361 Sacerdos, si de hostia grandiori sibi providere non possit, ne eo die, etiam feriae sacrificio privetur, potest licite parva formula uti, quia aequè per utramlibet sacrificium perficitur, & nullum de hostia grandiori addest præceptum; solum (si opus sit) monendus est populus de defectu, ad ejus averteendam offensionem.

362 Quòd si petas, an liceat Sacerdoti assumere formulam parvam, & hostiam grandiozem conservare exponendam, si alia grandior haberi non possit.

Respondeo licere, si Sacerdos in ea Missa consecravit, tam formulam parvam, quam hostiam grandiozem; non licere autem, si formula reperta fuerit consecrata in alia Missa; ratio est, quia Sacerdos communicare debet de suo sacrificio.

363 Si musca, aranea, aut aliud simile ceciderit in calicem ante consecrationem; Sacerdos, si non erit ei nauseus, illud extrahat; secus, vinum in sacrarium mittat, & abluto calice, aliud vinum cum aqua ponat, offerat saltem mente, & consecret.

364 Si verò id acciderit post consecrationem, animalè calice extrahat, & abluat, illudque, & abluitionem aptè conservet, ut post sacrificium comburat, & abluitionem cum cineribus in sacrarium projiciat, aut id ministro committat. Sanguis autem de betsumi, si possit, sine periculo vomitus, aut salutis corporis; secus, periculo stante, ut si ad-

lit venenum; tunc namq; nullo modo est sumendus, ne calix vitæ vertatur in mortem; sed vel debet conservari in vase, donec species corruptantur, & inde comburatur in sacrarium; vel debet exsiccatum super ligno, aut ipso linteolo, quod habet supra ostium, &c. & sic comburi, & cinis mitti in sacrarium.

Sacerdos autem abluto calice debet novum vinum, & aquam imponere, ostium, & consecrare, ut supra.

365 Item, si ex unius complicitate confessione scias, vinum infectum esse veneno, monis te à celebrando abstinere; & si es incertus, illud etiam consecratum non sumere debito in 4. dist. 21. q. 2. ad tertium. *Sum. de q. 2. Tamb.* & nonnulli sequuntur contra dispensationem; quam ex jure nature tenentur quibus propriam vitam servare, nec calix vitæ veni debet mortem; tuac igitur uti poteris motu proprio, v. g. ampullam, quasi calicem, conservandam dimittendo, aut alio modo operari, qui, ex superioribus dictis, prorsus deficit. Nec inde sigillum confessionis accipitur, quia (ut ait Scotus) tunc non debet reputari revelativum confessionis, nisi quod ex natura sua prodit peccatum confessum, cujusmodi non sunt, te diverte in qua ex confessione scis te esse occisum; vinum non sumere, ampullam frangere, &c. nam posses ob aliam justam causam esse operari, etiam si nullus tecum collocutus fuisse possent casu independenti à confessione contingere, n. 379.

366 Idem dic de hostia, si fuerit ab aliquo venenato tacta: est enim in sacrario conservanda, donec corrupta fuerit, & in sacrarium mittatur, & alia est consecrata sumenda.

367 Hostia, & calix à fulmine tacti, si nata censerit vult Gavantur.

SANGUIS

368 Si congeletur in calice, calix pannis calidis involvatur; quod si non possit, ponatur in aqua ferventi prope altare, donec liquefiat, ita ut intra calicem non intret aqua.

Si vero liquefieri nequeat, aut ignis haberi non possit, digito comminuetur, & allumatur.

369 Si vinum congeletur ante consecrationem, debet mutari; quod si aliud liquefactum commode haberi non possit, tunc Sacerdos, si ad Canonem non pervenerit, sacerdotum omittat, ne inconsueta materia utatur, & si opus sit, populum de defectu moneat ad ejus offensionem vitandam. Si vero inceperit sit Canon, prosequatur (ait Tambur.) quia Canone incepto censetur inceptum substantialiter sacrum; nam probabilius est tale vinum esse aptam materiam consecrationis, uti ex natura sua potabile. Ita Tamb. At dico, quod Sacrum omittat, uti tutius, ob *dista num. 199. Et in tom. I. num. 85.*

370 Aqua vero congelata pro certo non est apta materia baptismi, quia non potest facere lotionem, quæ est ejus materia proxima.

371 Si sanguis cadat in tabulam, quæ terra adheret, tabula lingua lambatur, & radatur. Si in terram, radatur; semper autem quod abraditur, debet comburi, & cineres debent in sacrarium mitti. Si supra lapidem altaris, sanguis sorbeat a celebrante, lapis lavetur, & ablutio in sacrarium mittatur. Si supra linteum, aut corporale, ter supra calicem lavetur, & ablutio aut sumatur, aut in sacrarium projiciatur. Idem fiat, si supra tapetum pedibus substratum; & tunc non est obligatio eas partes comburendi.

372 Poenitentia autem in his casibus à sacerdotibus Canonibus imposita non sunt in usu, sed hujusmodi negligentes debent à Superiore puniri.

HOSTIA.

373 **A**ut fragmentum, si cadat in terram, lignum, aut aliud simile solidum, accipiat, locus ablutione cum spongia mundetur, aliquantulum abradatur, & lotio, & ablutio in sacrarium mittatur.

374 Si cadat in mappam, quodlibet linteum, pannum, &c. illud lavetur, & lotio in sacrarium mittatur.

375 Lotio ex calu sacrae hostie fieri potest à Clerico, vel Sacrista: Lotio vero ex effusione sanguinis non nisi à Sacerdote, & in ejus defectu à Diacono.

376 Si fragmentum cadat in partes interioris vestis mulieris; mulier ipsa modeste curet invenire, & supra eandem vestem Sacerdoti porrigat; vel ipsa propriis digitis accipiat, in pixidem mittat, digitos lavet, & lotionem in sacrarium projiciat. Quod & non inveniatur, Sacerdos fragmentum Deo commendat, & sacrum prosequatur. Si vero cadat supra pectus mulieris, mulier ipsa modeste lavet. In quibus, & similibus casibus prudenter Tamburin. advertit, melius esse vitare turbationem fidelium, quam rubricarum apicem ejusmodi cautelas precipientem observare; casus namque, in quo adest fidelium turbatio, est à rubricis exceptus.

377 Hinc (ait idem) si solus Sacerdos parvi fragmenti casum advertit, & probabiliter previdet notabilem mulieris turbationem, aut distantium offensionem (quod quidem regulariter adest) si de fragmenti casu mulier advertatur, nil dicat Sacerdos, sed id Deo commendat.

non habite, ad quemlibet alium Antistitem accedere valeas, Sacro Presbyteratus ordine decorandus. Ipsumque obnixè rogamus ut tecum super institutis ob nostræ Ecclesiæ necessitate dispensare dignetur. Vale. Et Angelus Domini sit in itinere tuo. Datum,

383 Hinc habes, Prælatum regularem debere primo loco suum subditum ad Episcopum Diocesæ suæ mittere, in cujus Diocesi

de familia commoratur, vel ad Episcopum viciniorem, si erit in loco nullius Diocesis, & eo absente, aut ordinationes non habente tunc potest ad quemcumque alium Episcopum suum subditum mittere. Hæc sunt disposita à S. Congr. Conc. die 15. Martii 1596. & die 11. Junii 1638. juxta mentem Trid. sess. 23. de refor. c. 8. quæ decreta refert P. Augustinus Marchæucci in *Officiali curia ver. Ordines à n. 4.*

PARS SECUNDA

Examen Prædicatorum.

CAPUT I.

De Causa efficiente sacræ Concionis.

Qui prædicare debeat?

384 AD Apostolicum sacræ prædicationis munus ritè exercendum, tria necessaria requiruntur, quorum altero deficiente, nemo prædicare debet.

Primum est irreprehensibilis vita; quia (teste Tullio) *Caput est artis, dicere, quod facis.* Hinc D. Hier. ad Nepotianum scribens, ait. *Non confundant opera sermonem tuum, ne cum in Ecclesia loquaris, tacitus quisq; respondeat. Cur hæc, quæ dicis, ipse non facis?*

385 Secundum est solida scientia: ut saltem omnia, quæ pertinent ad mysteria fidei; mandata Dei, & Ecclesiæ, vitia, & virtutes; hæreses, atque erroneas opiniones digno liceat. *Potest. Exam. Ecclesiast. Tom. III.*

re, ac enucleare calleas; quod satis aptè præstabis, si priores tomos hujus operis familiariter habebis.

Tertium est legitima missio: nimirum ut à Prælato, ad quem spectat, sit tibi commissum, vel saltem concessum; nam ut inquit Apostolus ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Vide Bullam Clem. X. *Superna* 1670. in tom. 1. ver. De approbatione Confessarii.

CAPUT II.

De Causa finali.

Prædicatoris finis

386 ESSE debet, ut peccatores peccato mortui ad vitam per penitentiam revocentur; & ut justi, qui Charitate vivunt, abundantius vita fruantur, juxta illud Joan. 10. *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.*

AAAAA

CA

CAPUT III

De Causa materiali.

Quid Prædicari debeat.

387 **P**Rædicationis materia est verbum Dei: *Prædica Verbum*, dicit Apostolus, 2. ad Tim. 4. Consistit autem hæc verbi Dei prædicatione (ut suos fratres monet Seraphicus P. S. Franciscus) *in annuntiando vicia, & virtutes, poenam, & gloriam.*

QUIBUS REBUS FULCIRI DEBEAT
VERBUM DEI, ET QUO
ORDINE.

388 **C**um Verbum Dei prædicamus, firmis doctrinis fulcire dicta nostra debemus, ut audientium corda movere possimus. Primum fulcimentum est *Auctoritas Sacra Scriptura*, in aliquo ex quatuor sensibus interpretata [ut infra] pro cuius interpretatione Sanctorum Patrum instrumentis uti necesse est, ne in errorem incidamus. Unde secundum fulcimentum esse debent *Sententia Sanctorum Patrum, & Conciliorum*. Tertium *Rationes*, Quartum *Similitudines*. Quintum *Exempla*.

DE SACRA SCRIPTURA.

289 **S**acra Scriptura, cujus Author est Spiritus Sanctus, duas habet partes Vetus scilicet, & Novum Testamentum. Utrumque subdividitur in quatuor partes, in libros nempe legales, historiales, sapientiales, & Prophetales. In veteri testamento *legales* sunt quinque libri Moysis, videlicet, Genesim, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium. *Historiales* sunt decem in veteri testamento dispersi. *Sapientiales* sunt

quinque, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, & Ecclesiasticus. *Prophetales* sunt sex, quatuor maiores, Iaias, Jeremia, Ezechiel, & Iesaias, liber duo decem Prophetarum, & Iesaias.

390 In Novo Testamento libri *legales* sunt quatuor Evangelia. *Historiales* sunt Actus Apostolorum & Epistolæ Apostolorum; & tandem *Prophetales* Apocalypsis Joan. Apost. Qui omnes libri inter Canon. Trident. sess. 4. & secundum vulgatum Hieronymi sunt de fide tenendi; & verum vero septuaginta Interpretum non est de his est tamen maioris auctoritatis, quam aliorum translatio.

391 Libri Sacra Scriptura dicuntur Canonici, quia continent Regulam, quam sequi debemus in materia fidei, & morum, & sunt relati, & à Sancta Ecclesia recepti. Catalogum librorum divinarum, seu à Deo inspiratorum; Canon enim regulam significat, & Catalogum. Libri autem Canonici Decr. Trident. sess. 4. sunt Genesim, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Iudices, Ruth, quatuor libri Regum, duo Iulipomenon, duo Esdrae, Tobias, Iudith, Ester, Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, Cantus Sapientia, Ecclesiasticus, quatuor maiores prophetae, duodecim Minores, duo libri Iudith, & Tobias.

Hi ex veteri Testamento. Et Novum vero Quatuor Evangelia, Actus Apostolorum, quatuordecim Epistolæ Pauli, & quatuor Petri, una Jacobi, una Iudæ. Apocalypsis Iohannis.

Ad eoque qui præfatos libros pro sacris, & Canonici, seu à Deo inspiratis non habent, aut qui aliquam veritatem in illis contentam, v. gr. *In principio creavit Deus Cælum, & terram*, negaverit, erit hæreticus. Alii duo libri, nempe tertius, & quartus Esdrae, non sunt ab Ecclesia recepti pro Canonici.

nonicis; sunt tamen magna auctoritatis, quoniam à nonnullis Sanctis Patribus citantur, & à Sixto V. in factis Bibliis post libros Canonicos, non cum oratione Monachæ fuerunt appoliti.

DEFINITIO.

392 **S**acra Scriptura est liber vitæ scriptus intus, & foris. Ita Lyranus noster in Prologo, quæ definitio est desumpta ex Apocalypsis cap. 5. *Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus, & foris.*

Dicitur *Liber Vitæ*, quia vitam tribuit eam bene exponentibus, & operibus exequentibus, juxta illud Ecclesiastici, cap. 24. *Qui elocidant me, vitam æternam habebunt: dicitur scriptus intus, & foris, ut per ly intus significetur sensus spiritualis, & per ly foris sensus litteralis.*

393 Sensus sacre Scripturæ est ille, qui est intentus à Spiritu Sancto, qui est Author, & causa principalis Sacre Scripturæ, prædeterminans saltem moraliter Sacros Scriptores, qui sunt causa minus principalis.

DIVISIO.

394 **U**niversus sensus Sacre Scripturæ in prima sui divisione est duplex, *Litteralis, & spiritualis*, seu *Mysticus*; *Litteralis* est illa significatio patana, quæ voces significant res, ad quas significandas sunt impostæ, ut Deut. cap. 6. *Audi Israel: Dominus Deus noster, Dominus unus est spiritualis*, seu *mysticus*, & *metaphoricus* est illa significatio, quæ res per voces significatæ rursus significant per similitudinem, & figuram, ut Matth. 5. *Si manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice ab te.* Ubi per manum abscindendam intelligitur amicus, qui scandalum affert, & est causa ruinæ, cujus familiaritatem homo

debet abscindere à se; unde sensus litteralis à mystico distinet per hoc, quod in litterali significatio attenditur à voce, in mystico vero à re.

395 *Sensus litteralis* est duplex, *historicus*, & *parabolicus*: *Historicus* est ille, quo aliqua significatur historia, ut præsertim in libris Regum, & Machabeorum contingit. *Parabolicus* est ille, quo aliqua significatur parabola, seu comparatio, ut patet in Evangelio de Patre familias. *Sensus mysticus* est triplex, *Allegoricus*, *Tropologicus*, seu *Moralis*, & *Anagogicus*.

SUMMA DIVISIONIS.

396 **H**inc summam sensus Sacre Scripturæ sunt quatuor, nempe *Litteralis*, *Allegoricus*, *Tropologicus*, & *Anagogicus*, qui sensus explicantur his versibus:

Littera gesta docet, quid credas Allegoria.

Moralis quid agas, quo tendas Anagogia.

Sensus igitur *Litteralis* res accipit, prout verba ipsa significant. *Sensus Allegoricus*, ostendit nobis, quid sit credendum, quia tendit circa credibilia; dicitur *Allegoricus* à nomine Græco *Alcon*, quod est *alienum*, & à *Logos*, quod est *Sermo*, quasi sit alienus sermo ab eo, quem voces sonant. *Tropologicus*, seu *moralis* quid agendum, quia tendit circa moraliter agenda; dicitur *Tropologicus* à nomine Græco *Tropos*, quod est *Conversio*, & à *Logos*, quod est *Sermo*, quasi sit sermo conversus ad antitaxationem, & morum informationem.

Anagogicus demum, quid sit sperandum, quia tendit circa speranda in æterna beatitudine. Dicitur *Anagogicus* à nomine Græco *Ana*, quod est *sursum*, & *Goge*, quod est *ductio*, quasi quod sit sursum ductio, seu locutio de terrenis, quibus significantur celestia.

Aaaaa 2

EXEM

EXEMPLUM.

QUÆRES

Hierusalem:

397 **I**N sensu litterali significat Civitatem Judææ. In Allegorico Sanctam Ecclesiam militantem à nobis credendam, juxta illud Apocal. 21. *Vidi Civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de celo à Deo paratam, sicut sponsam ornataam viro suo.* In Tropologico significat animam nostram sanctis operibus, & virtutibus ornandam, juxta illud Jeremix cap. 1. *Hierusalem, Hierusalem convertere ad Dominum Deum tuum.* In sensu denique Anagogico significat Ecclesiam triumphantem, nempe Patriam cœlestem à nobis sperandam, juxta illud Pauli ad Galatas 4. *Ille, quæ sursum est Hierusalem, est libera, quæ est mater nostra.*

SENSUS ACCOMMODATIVUS.

398 **E**S, quo quis Sacram scripturam proprie *veniens sensus accomodat.*

Sic orator in nova electione Ducis cujusdam Reipublicæ, cui nomen erat *Prosper*, usus est versu Psalm. 44. *In sede Prosperi, pro sede, & regna: utendo æquivoco Adverbii in nomen.* Et alius ad exprimendam Principum conventionem circa Monarchiæ Hispaniæ partitionem, & Dei inexpectatam providentiam in ea conservanda incolumi cum constitutione Regis, usus est illo Psalm. 2. *Qui habitat in cœlis, iridebit eos. Ego autem constitutus sum Rex ab eo.*

At Sacer orator abstinere debet à sensu accommodativo, qui non sit sensus virtutis, & unus ex quatuor.

399 *An in omnibus locis Sac. Scripturae periri possint omnes quatuor sensus.*

Resp. Negative, in multis enim locis litem reperiri potest sensus litteralis, ut in illo: *Dolgo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Et in alio: *Dominus Deus tuus unus est,* qui dicitur esse solùm litteralis, non mysticus.

Econtra in multis locis solùm reperitur sensus mysticus, nullo modo litteralis in illo Judic. c. 9. *Jerunt ligna, ut aspernam pra se Regem:* qui sensus nullo modo esse litteralis, sed solùm mysticus, nam ligna intelliguntur habitatores Jebusitarum qui constituerunt Abimelech super civitatem, ut in eodem Textu exponitur. Sic in hoc alio loco. *Inveni hominem secum cor meum: ubi ly Cor non potest veni litter, quia Deus non habet cor, sed asper voluntatem.* Et in illo Psalm. 78. *Converunt Jacob, & locum ejus desolaverunt:* non potest haberi sensus litteralis, quia scilicet Jacob, & locum ejus comeduntur mysticus, & metaphoricus, nimirum, quia Jacob, & locum ejus depredati sunt.

Tandem multa loca habere possunt omnes quatuor sensus, ut in Genes. 16. dicitur quod Abraham quos filios habuit, comendat ancilla, & alterum de libera: ubi per duos filios Abraham in sensu litterali dicitur Isaac, & Ismael, Isaac vir bonus filius uxoris Abraham, & Ismael homo ferus filii Agari ancillæ Saræ. In sensu allegatorio duos filios significantur duo Testamenta, ut exponit Apost. ad Galat. 4. *Ismael est carnalis, Isaac vero Novum.* In sensu morali, seu Tropologico, significantur duo filii spirituales unius Patrii, quorum

unus ut Isaac proficiat, alter ut Iſmael à perfectione deſiciat. Et demùm in ſenſu Anagogico per duos filios ſignificari poſſunt Angeli quorum multi ſteterunt, & ſunt boni, multi ceciderunt, & ſunt mali.

DE QUATUOR CONCILIIS.

400 **C**oncilia Occumenica, videlicet Generalia, & Uniuerſalia ad totum Orbem Chriſtianum pertinentia, à Sede Apoſtolica approbata, & ab Eccleſia recepta, huiusque ſunt decem, & octo, Tridentino incluſo, quorum principaliora ſunt prima quatuor, quæ ad authenticandam, ſtabiliendamque fidem, quam Sacra Scriptura prædicat, conuenerunt.

401 Primum eſt Nicænum, quod celebratum eſt ab anno Domini 227. uſque ad annum 330. ſub Silveſtro Papa, & Conſtantino Imperatore, ubi conuenerunt Epiſcopi 318. numero quidem ſacro, quia longè ante figurato in Sacra Scriptura in illis 318. militibus, quibus Abraham victoriam de quinque Regibus reportauit. In hoc Concilio damnata fuit hæreſis Arii, inæqualitatem inter Diuinas Perſonas ponentis, aſſerentis filium creaturam. Unde Concil. Filium conſubſtantialem Patri conſtitetur, & proinde Symbolum fidei ab Apoſtolis editum, denuò conſtruxit, addendo illam particulam; *Conſubſtantialem Patri*, ſtatuitque, ut poſt hymnum glorificationis, qui eſt *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, adderetur: *Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

402 Secundum eſt Conſtantinopolitanum, quod eſt celebratum anno Domini 383. ſub Damaso Summo Pontifice, & Theodoſio Seniore Imperatore, ubi conuenerunt 150. Patres; cui Concilio interfuit S. Hieronymus contra Macedonium negantem Spiritum Sanctum eſſe Deum.

403 Tertium eſt Epheſinum, quod celebratum eſt anno Domini 434. ſub Cæleſtino Papa, & Theodoſio Juniore Imperatore, ubi conuenerunt 200. Epiſcopi. Cauſa Concilii fuit hæreſis Neſtorii Epiſcopi Conſtantinopolitani duas perſonas in Chriſto admittentis, ac proinde unitas ſub accidentalit ratione, nempe per affectum; qui error fuit damnatus, & ſancitum, in duabus Chriſti naturis unam manere perſonam, nempe Verbi, adeòque duas naturas diuinam, & humanam eſſe unitas ſubſtantialiter in ratione ſubſtantiali hypochiſis, ſeu perſonæ; & ex tunc in Salutatione Angelica additum fuit: *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, &c.*

404 Quartum eſt Calcedonenſe, quod celebratum eſt an. 451. vel 454. ſub Leone Papa, Valentiniano, & Martiano Imperatoribus, ubi conuenerunt 630. Epiſcopi contra omnes hæreſes, præſertim contra Eutychem Conſtantinopolitanum Archimandritam, in Chriſto unam naturam aſſerentem, & ejus deſenſorem Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum, ubi illi condemnati fuerunt cum aliis hæreticis, & definitum, ſic Chriſtum de Virgine natum, ut duæ naturæ, Diuina, & humana, ſecundum ſubſtantiam realiter diſtinctæ, & impermixtæ remanerint, unitæ ſolum in unitate perſonæ Verbi; ita ut Chriſtus verus Deus ſit, & verus homo.

405 Præmiſſa quatuor principalia Concilia, Eccleſia Sancta tanquam quatuor Evangelia amplectitur, & veneratur, cum Diuo Gregorio in cap. *Sicut diſt. 15. De Conciliis* eruditè agit Bellarminus tom. 1. contr. 4.

DE SS. PATRIBUS.

406 **A**d explanationem S. Scripturæ, & confirmationem doctrinæ, quam prædicamus, ſententiis Sanctorum Patrum, & aliorum Scriptorum Eccleſiaſticorum uti

A a a a a a 3 debe-

debemus, quantum ad omnia ea, quæ ab Ecclesia universali sunt approbata, & communiter recepta; inter quos præcipue elucet Hieronymus in sensu literali, Ambrosius in Allegorico, Augustinus in Anagogico, Gregorius in Morali.

407 Semper autem sunt attendendæ Romanorum Pontificum sanctiones, etiam si doctrinæ sint Augustinæ; nam de fide est, non Augustinum, sed Romanum Pontificem ex cathedra loquentem, errare non posse in materia fidei, aut morum. Hinc Augustinus ipse ait cont. epist. fin. *Non crederem Evangelio, nisi quia Ecclesia Catholica credo.* Imò super quamplurimam doctrinam Sanctus Sanctæ retractavit, pro quo librum Retractionum construxit, Adde, præfatos Sanctos Patres in aliquibus discordare, quæ Ecclesia permittit, quatenus nec contra fidem, nec contra bonos mores redundant: *v. in tom. 1. prop. 30 ad Alex. VIII. damn.*

408 Quando autem inter se Patres, & Doctores discordant, liberum est nobis sequi, quem volumus; abstinendum tamen est ab illis opinionibus, quæ possunt controversari, & repelli, quia non ad disputandum contra Patres, & Catholicos Doctores, sed ad populum erudiendum, pergamum ascendimus. Hinc Sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, aut contra unanimum Patrum consensum, prout Tridentina Synodus cavet, Prædicatori nullo modo ad suos sensus contorquere licebit: Si verò aliquam novam interpretationem ab Ecclesia sensu, Sanctorumque Patrum sententiis non alienam, ad fidei Catholice doctrinam illustrandam, velut pietatis studium excitet, aliquando asserere voluerit, aliquid brevi præfabitur, quo id sibi licere humiliter petat: *v. num. 398.*

Sententiæ tamen SS. PP. postquam læte prolatae fuerint, vulgari idiomate veterantur sunt ad erudiendam plebem.

409 Nec parvi pendenda est auctoritas Philolophorum, illorum, inquam, qui eruditionum naturæ vim, & effectus, veterumque morum, & vitæ normam investigaverunt, quæ magna ex parte sunt consecuti, uti videntur Plato, Aristoteles, Seneca, Tullius, & alii; illis enim usi sunt quoque SS. PP. in suis concionibus ad majorem prædicatorum delium confusionem.

DE RATIONIBUS.

410 Postquam auctoritatibus probata fuerit propositio, consequens est illam fulcire rationibus, quas vel Doctores, vel ipsum ingenium dare possunt. Rationes autem deducendæ veniunt à locis communibus videlicet

1. *A Definitione.* Definitio est, quæ explicat naturam rei delimitat, vel per propriam genus, & propriam differentiam, quæ proprie *Definitio*; vel per alia adiacentia, quæ tamen non possunt alteri convenire, hæc vocatur *Descriptio*. Exemplum huiusmodi dat D. Gregorius Nissenus, qui, ut doctores excitaret ad gratias Deo agendas, hominem definit: *Homo est opus Dei, prædictum, ad eius, a quo creatum est, imaginem factum.*

Utiur etiam Ecclesiasticus Orator definitionibus à sensibus hominum ductis, uti est definitio, quam affert Jacobus Apost. Epist. cap. 25. cum dicit: *Quæ est vita vestra? caput ad modicum parvum, & deinceps exterminabitur.*

Interdum etiam alienis à vulgari loquendi consuetudine: quomodo D. Basilus in oratione ad divites, postquam eorum excitationem proposuit, deinde argumentum à definitione sumpto redarguit, dicens: *Quis*

ipsum pauperem esse dicit. & ego assentior: pauper enim est, cui multa desunt: ut multis autem rebus indigeas, insatiabilis habendi cupiditas officit.

2. A partium enumeratione ducitur argumentum, quando enumeratis aliis rebus, quæ possent ad rem facere, præter illam ab Oratore propositam, non invenitur, quod quaeritur. Exemplum habetur in Ecclesiaste Salomonis ad probandum, quod omnia vanitas. Item in Prophetia Jeremiae, cap. 9. ubi ostenditur in solo Deo gloriantium, enumerationis rebus, in quibus homines gloriari solent, his verbis: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, seire, & nosse me; quia ego sum Dominus.

3. Ab Etymologia sumitur declarando rem ex vi, & natura nominis, quod res quæ prædita est. Exemplum dat S. Hier. qui scribens ad Heliodorum Monachum, hoc utitur argumento. Interpretare nomen Monachi: hoc est nomen tuum; quid igitur facis in turba, qui solus es?

4. A Conjugatis Conjugata dicuntur ea, quæ ab uno octo variè commutantur, quorum unus est frequens: v. gr. Si Christianus sumus, Christiane vivamus. Exemplum etiam præbet Apostolus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de Cælo Cælestis: sicut portavimus imaginem terreni, portemus imaginem Cælestis.

5. A Genere, & Specie, à genere potest argumentari ad speciem, v. gr. Vitium est fugiendum, igitur fugienda est avaritia. Item e converso à Specie ad genus: v. gr. ad probandum, peccata miseros homines efficiere, sic constructum argumentum potest: Adulterium, homicidium separant à Deo, quæ est maxima miseria, igitur peccata miseros homines efficiunt.

6. A simili, fit argumentum ex comparatione unius rei cum altera, quæ in aliquo assimilantur: v. gr. Sicut vita naturalis illius aegroti desperatur, qui naturali a medicamina spernit; ita vita gratia desperatur peccatoris qui spiritalia medicamenta contemnit.

7. A dissimili, etiam sumitur argumentum per dissimilium comparationem: Exemplum habetur in libro Proverb. cap. 4. ubi dicitur: fustorum autem semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem: via impiorum tenebrosa.

8. A Contrario. Quatuor secundum Ciceronem sunt contrariorum genera, Adversa, Privantia, Relativa, & Contradictoria, à quorum singulis potest Ecclesiasticus Orator sumi ducere argumentum.

9. Ab Adversa. Adversa sunt ea, quæ sunt positiva opposita, seu contraria, ut Superbia, & Humilitas, Jejunium, & Crapula, &c. Unde ab Adversis poterit sic argumentari: Superbium omnium peccatorum matrem esse scimus, humilitatem ergo omnium fundamentum virtutum intellemus.

10. A Privantibus. Privantia sunt illa, quæ privativè opponuntur, ut forma, & ejus carentia in subiecto apto nato ad illam habendam: ita Gratia, quæ appellatur lux, privativè potest intelligi opposita peccato, quod vocatur tenebra. Unde sic potest formari argumentum: Sicut lux gratia est amanda, ita tenebra peccati est fugienda.

11. A Relativis. Relativa illa sunt, quorum unum refertur ad aliud, ut Pater, & Filius; Dominus, & Servus: Exemplum hujus argumenti à Relativis habetur in Malachia cap. 1. his verbis: Filius honorat patrem, & servus dominum suum; si ergo pater ego sum, ubi est honor meus: & si dominus ego sum, ubi est timor meus?

12. A Contradictentibus. Contradictoria, seu

ieu contradictoria ea sunt, quorum unum negat illud, quod alterum affirmat: *ut scire*, & *non scire*: à contradicentibus igitur potest modo Orator ducere argumentum, v. gr. hoc *Qui Christum diligit, mandata eius servat, igitur qui eius mandata non servat, Christum non diligit.*

13. *Ab Adjunctis.* Adjuncta dicuntur ea, quæ cum rebus, vel personis quoquo modo sunt conjuncta, sive inseparabiliter, ut sunt proprietates, & attributa: sive separabiliter, ut locus, tempus, vestitus, comitatus, apparatus, colloquia, velocitas in incessu, rubor vultus, pallor, & alia, quæ rem magis exprimunt, & actiones aut meliores aut deteriores efficiunt. Hoc loco usus est S. Basilius serm. de Jejunio dicens: *Jejunantis color gravitatis plenus est, non in impudentem ruborem efflorescens, sed pallore modesto ornatus. placidus, & lenis oculus, sedatus incessus, vultus animi secum loquentis index, nulla intemperantis risus insolentia, moderatio lingua, & cordis puritas, &c.*

14. *Ab Antecedentibus,* argui potest deducendo consequentias, quæ ex illis necessario sequuntur:

Exemplum: Dicit Apostolus 1. ad Cor. c. 13. *Quod charitas patiens est, benigna est, civilitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, &c. igitur qui est charitate præditus, patiens est, benignus est, &c.*

15. *A Consequentibus.* Non instructuosum erit a consequentibus etiam probare antecedentia, hunc enim locum adhibuit ipse Chelitus in Evang. Matth. cap. 5. ubi à consequentibus probat, *Beatos esse pauperes spiritu, quia ipsorum est Regnum Cælorum: Item Beatos mites, quoniam ipsi possidebunt terram, &c.*

16. *A Repugnantibus.* Repugnantia differunt à contrariis, & dissimilibus, eò quia ista aliquè ordinem servant inter se, illa verò ne-

que aliqua certa lege, neque ordine inter se opponuntur; sic repugnare dicuntur cum hominis libertate, invidia cum civitate, crudelitas cum deliciis, &c. Hoc loco usus est Divus Ambrosius in serm. de Decoll. S. Jo. Bapt. ubi ait: *Postremo (quod etiam non debet bari horrere consueverunt) pater epulas, & convivia consumanda crudeliter ac profre eductum &c. & infex: Quid crudeliter in deliciis quid cum funeribus voluptati?*

17. *A Causis.* Quoniam quatuor genera causa causarum, *Materialis* scilicet, ex qua res Formalis, per quam res est; *Efficiens*, quæ res efficitur, & *Finalis*, cujus gratia ordinantur; hinc à singulis poterit Ecclesiasticus Orator suum elicere argumentum, ut videtur.

18. *A Causa materiali.* Quia è limbo formati sumus, S. Basilius in opusculo ad teudæ tibi: hunc locum ita exprimit, dicit: *Exultas ob divitias, & ob maiorem tuam nobilitatem te jactas, & propter parvam pulchritudinem corporis: at te deus ob ipsam mortalitatem es, quod à terra es, & in terram revertis.*

19. *A causa formali.* Ita arguit D. Bernardus: *O anima insignita Dei imagine, dicitur similitudine, redempta Christi sanguine, & sponsata fide, dotata à spiritu, deputata cælestibus, capax beatitudinis, quid tibi tam cito?*

20. *A causa efficiente* adhibet eum Regius Psalmista Psalm. 93. dicens: *Quis paravit aurem, non audiat: aut qui finxit oculum non considerat: probans per hoc Deum non curare.*

21. *A causa finali* sic argumentari potest Orator: *Homo ad consequendam æternam beatitudinem est formatus, stultus igitur temporalibus deliciis, in divitiis, in honore beatitudinem collocat.*

22. *Ab effectibus,* licet quatuor sunt genera causarum, ita quatuor genera effectuum, &

ex illis cauſis oriuntur. Ab hoc loco oſtendit Chriſtus Joan. cap. 10 ſe eſſe bonum Paſtorem, dicens. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro o-*

uibus ſuis, mercenarius autem videt lupum venientem & fugit; quia mercenarius eſt, &c.

23. *A Comparatione ducitur argumentum quando arguitur, vel à majori ad minus, vel à minori ad majus, vel à pari.*

24. *A majori ad minus uſus eſt D. Hieronymus ſcribens ad Heliodorum hiſ verbis: Filius hominis non habet ubi caput ſuum re-*

clinet: & tu amplas porticus, & ingentia tectorum ſpacia metris?

25. *A minori ad majus arguit Div. Baſilius in orat. ad divites: Ante novis terminos ſuos, non tranſgreditur antiquam terminum de-*

ſcriptionem: ut verò avarus non vereatur tem-

pus, non ſtatuit terminum, non concedit confe-

quentias ſucceſſionis; ſed ignis violentiam imi-

tatur, omnia corrumpit, omnia depuſcitur

26. *A pari concinit S. Auguſt. in quodam*

ſermon. hiſ verbis: Et nos, & omnis populus uni-

us Domini ſervi ſumus, & ſi bene agimus ad

nam beatitudinem pariter pervenimus; &

quare pauper tecum non capiet cibum, qui te-

cum accipit, quis eſt Regnum: quare pauper non

accipiat vel veterem tunicam, qui tecum rece-

perit, quis eſt immortalitatis ſtolam: quare pau-

per non meretur panem tuum, qui tecum ad

convivium invitatus eſt Angelorum?

DE SIMILITUDINIBUS

411. *Similitudines, quæ certè magna vi-*

mentem illuminant, & voluntatem

movent, erui poſſunt vel ex iſtis humanis

aſtionibus unam cum alia comparando,

quomodo Chriſtus Dominus ſimilitudine vi-

gilantis Paſtoris, & ovis errantis, obligatio-

nem ſuperiorem circa ſubditos oſtendit; vel

ex naturali hiſtoria, nempe ex proprietatibus,

& natura herbarum, florum, plantarum, &

animalium, quomodo Deus in Denternomio

Poteſt. Exam. Eccleſiaſt. Tom. III.

cap. 32. oſtendit Hebræis curam, quam de iſtis habuit, ſimilitudine Aquilæ, dicens: *Sicut*

Aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas,

& aſſumpſit eum, atque portavit in humeris ſuis; vel ex iſtis vulgaribus rebus: quo-

modo ipſe Chriſtus aſſimilavit verbum Dei

ſemini, quod ſeminavit homo in agro ſuo.

Cavendum, ne ſimilitudines indecenter,

& viliter aſſerantur; alioquin riſum, & non

fructum in auditoribus excitabunt.

DE EXEMPLIS.

412. **U**ltimum, quamvis non infimum locum in ſacra concione obtinent exempla; pluriſimum enim valent ad movendum auditorum animos. Sumenda autem, ſunt præſertim exempla ex hiſtoriis ſacris Sacra Scriptura; vel ex Vitis Sanctorum, & Sanctarum; vel ex mirabilibus à Deo patratibus in peccatoribus, ſive ad oſtentionem miſericordie ſue, ſive juſtæ vindictæ: dixi; *Præſertim ex hiſtoriis ſacris;* nam hiſtoriæ prophana, quæ ex vitis gentilium, vel mundanorum viroorum delumuntur, quamvis aliquando pro qualitate materiæ, de qua agitur, probæ ſint, non tamen ita frequenter, ſed parè eis uti debet Sacer. Orator.

Hiſtoria verò naturalis, quæ ex ipſa natura ſumitur, & proprietatibus rerum viſibilem à Deo creatam, non infervit ad exempla, ſed valdè utilis eſt ad Verbum Dei comprobandum per ſimilitudines, comparationes, & per argumentationem à minori ad majus.

413. Advertenda autem ſunt quinque, 1. Quod quamvis utile ſit aliquando, etiam Sanctorum peccata, & errores, ad humanam oſtendendam infirmitatem, & excitandam ſpem in magnis peccatoribus, in memoriam

Bbbbbb

memoriam

moriam revocare; haud tamen ita frequenter illa commemorare debemus; ne auditores inde licentia occasionem sumant, & erudiantur ad excusandas excusationes in peccatis.

2. Ne in inspidis descriptionibus circumstantiarum loci, temporis, vel prerogativarum personæ, vel alterius rei, quæ afferitur in exemplo, detineatur oratio, ut describendo pulchritudinem, indumenta, & similia, cum naturaliter ipsa historia producta fructum afferre possit.

3. Ne colloquium inter personas historiae inducatur, nisi ipsa historia verba præbeat, vel probabilissimè inferantur.

4. Ne ita breve exemplum sit, ut cor penetrare non valeat, nec ita longum, ut tædio a auditores afficiat.

5. Quod famulis poetarum sacer Orator abstineat, vel adeo parcè illis utatur, & breviter, ut ferè nihil sit, quando scilicet aptissimè cadant, & in talibus circumstantiis, ut pro anudq̄o essent, non tamen professionem redderent; non enim bene Atca Testamenti, & Idolum Dagon conveniunt.

CAPUT VI.

De Causa formali

Quomodo debeat concio efformari?

414 **O**Mnia orationum genera, quæ à Rethoricis efformari possunt, ad tria principaliter reducuntur, & sunt. *Demonstrativum* videlicet; *Judiciale*, & *Deliberativum*. *Genus demonstrativum* est illud, in quo laudatur, vel vituperatur; *Judiciale* in quo accusatur, vel defenditur. & *Deliberativum* in quo persuadetur. *Genus Demonstrativum* habet pro objecto præteri-

tum, & honoratum: *Judiciale* præteritum, & justum: *Deliberativum* verum, futurum, & utile.

415 His autem tribus generibus adhibet quartum, quod vocatur *Deliberativum*, & consistit tantum edocendo veritates, & in declarando textus, leges, & præcepta; unde qualibet concio in uno his generibus potest ab Ecclesiastico Oratore efformari.

GENUS DEMONSTRATIVUM

416 **S**olum consistit in narratione, & concio in genere demonstrativum fit, quando enarrantur mysteria fidei, veteris Sanctorum, aut Tyrannorum, atque hominum impiorum facinora. In quo genere observanda sunt ea, quæ à Legibus observantur Contenta in illo versu:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, corpe modo quando.

V. Gr. si sermo sit de aliquo Sancto memorare debet, *Quis* fuerit, scilicet nomen, parentes, & patriam, 2. *Quis* egerit in toto vitæ cursu, nimirum virtutis, heroicæ actiones, pietatis, & miracula, 3. *Ubi* ea omnia præterierit, 4. *Quibus auxiliis*, videlicet miraculis in virtute Nominis Jesu, vel signo Crucis, vel invocatione Beatæ Mariæ Virg. aut alterius Sancti; *Exercitia* vero virtutis auxilio Dei, medio S. Orationis, &c. 5. *Corpe* seu ad quem finem ea omnia egerit, scilicet ad majorem Dei gloriam salutem animarum, & aliorum utilitatem.

6. *Quomodo*: hoc est agendo de miraculis an illa patriverit impositione manuum, 7. *Ubi* vestium contactu, aut olei unctione, &c. 8. *Ubi* verò de virtutibus, quomodo eas exerceret referendo modos ab eo adhibitos in oratione agenda, in observando castitatem, pauper-

tatem, obedientiam, abstinenciam, patientiam, humilitatem, charitatem, &c. 7. Tandem *Quando*: quo tempore illa patrauerit. Similiter obseruandum, si sermo fiat de aliquo mysterio.

Potest etiam hoc genus demonstrativum ad virtutes, & vitia adhiberi, quando scilicet coactio tantummodo sistit in laude virtutum, vel in vituperio vitiorum, quod fit per eorum definitiones, vel recensendo bona, aut mala, quae causant.

GENUS JUDICIALE

417 **P**ropriè dictum, ad Ecclesiasticum Oratorem pertinere non potest; quia in sacris concionibus nullus adest Reus, nullus defensor, nullus Iudex: dicitur autem metaphoricè in genere judiciali versari, quando ita acriter vitia, & peruersas consuetudines reprehendit, ut accusare videatur, constituendo tamquam reum ipsum vitium, & structuram ex judiciali genere desumptam adhibendo.

GENUS DELIBERATIVUM

418 **E**xercet Orator, quando scripturis, rationibus, exhortationibus, vel minis suadet odium, & fugam alicujus vitii, aut amorem, ac desiderium virtutis.

GENUS DOCTRINALE

419 **A**dhibet, quando concionatoris finis, & scopus principalis alius non est, quam edocere veritatem, seu edocendo explanare aliquod mandatum Dei, vel Ecclesiae, aut exponere, siue literaliter, siue mysticè, totum Evangelium, vel aliquam ejus partem, aut Sacra. Scripturam, & similia.

DE PARTIBUS ORATIONIS
ECCLESIASTICÆ.

420 **S**eptem enumerare solent Rethores Orationis partes: & sunt *Proœmium, Narratio, probatio, Confirmatio, Confutatio, Amplificatio, & Epilogus*. Hæc tamen partium distinctio non ita Ecclesiasticum Oratorem adstringit, ut illæ omnes necessariae arbitrentur: *Narratio* namque non est semper necessaria, nisi in genere demonstrativo. *Confirmatio, & Confutatio*, probationi subiecta est, & in ea continetur; is etiam, qui amplificat, quodammodo probare videtur. Et tandem *Proœmium*, seu Exordium, & *Epilogus*, seu peroratio, admonitionis, & intelligentiæ causa adhibentur; quod haud semper necessariò est agendum, præsertim in re facili, & nota: unde omnes orationis Ecclesiasticæ partes ad duas necessarias reduci possunt, quæ sunt *Propositio*, seu propositum, & *Probatio*: quoniam verò regulariter exorditur sacer Orator, aliqua etiam de exordio tangam.

EXORDIUM

421 **S**eu Proœmium est institutum, ut auditores dociles, attentis, ac benevoli reddantur. *Dociles* auditores reddet Orator, si recto ordine se dicturum, & argutas quaestiones omittendum, interdum pollicebitur: *Attentos*, si dixerit, se de salute animarum sermonem habiturum, & quod ipse Deus docuerit, aut Sancti Patres scripserunt, enucleaturum: *Benevolos* tandem, si neque inanis gloriæ cupiditate, nec avaritia, sed zelo Dei, & animarum salutis dicendumus assumpsisse protestabitur.

Debent tamen exordia modesta esse, seu vetercunda, gravia, & brevia: *modesta* quidem,

Bbbbbb 2 dem,

dem, seu *verecunda*, quatenus scilicet nunquam Prædicator, aut raro, si necessitas cogat, se ipsum laudet, vel de se ipso loquatur, sed humilitatem ex orationis principio præseverat. *Grave* item esse debet *Exordium*, aliqua videlicet præclara sententia illustratum, propriis verbis, & minime otiosis, quod dicendum est, exprimens. Et *Breve*, ut ab omni vanitatis suspitione alienus esse iudicetur.

Quantum ad loca Exordiorum, Exordia duci possunt vel à re ipsa, de qua igitur, seu ex ipsis orationis visceribus; vel ab Auditoribus; vel à loco; vel à persona ipsius oratoris; vel à similitudine; vel ab exemplo; vel à sententia sacræ Scripturæ. Majorem etiam vim habent, si acumine, aut novitate auditorum mulceant aures. Nonnunquam etiam ex abru pro ordiendum: Ad hoc Ecclesiasticos Oratores moneo, ut copiam sibi Exordiorum & Epilogorum à Sanctis Patribus colligant, ut facilius, atque utiliùs ex tempore dicant.

PROPOSITIO.

422 **P**ost Exordium, utatur Ecclesiasticus Orator propositione illius rei, quam demonstrare intendit: ad quam propositionem tria necessariò exiguntur, 1. Quòd sit *una*, ita ut omnia, quæ in Concione dicentur, sive probando, sive amplificando, sive confutando, &c. ad unam conclusionem principalem reducantur; alioquin si propositio non erit una, neque concio una erit, sed multiplex. v. gr. de *Jejunio* fieri possunt quamplures propositiones, ut *quod jejunium sit meritorium: quod sit satisfactorium: quod sit antiquum*, &c. quæ sunt plures propositiones. Dicitur autem propositio una, quando unum habet subiectum, & unam passionem, 2. Quòd sit *Catholica*, videlicet consona fidei, & Sanctæ

Matri Ecclesiæ locutioni, 3. Quòd *popularis*, quæ scilicet populorum intelligentiæ, ut moribus sit accommodata.

Ad orationem disponendam inferri Propositionis divisio; sed cavendum est, ut instrumento devidendi delectetur Orator, ut confusionem potius pariat, quam memoria consulat. In tria igitur, vel ad summum quatuor capita, seu puncta, est propositio dividenda.

Exemplum: sit propositio: *Jejunium utile anime*: hæc propositio potest fieri in illa quatuor ab ipsa Ecclesiæ enumerata nempe quòd *Jejunium vitia comprimit, meritum elevat, virtutem largitur, & conferre promissa*. Ex quo patet, quòd partes, in qua propositio dividitur, habere debeant inter aliquem nexum, ita ut omnes ad illam unam propositionem reducantur.

DE ARTE INVENIENDI PROPOSITIONEM.

423 **A**rs inveniendi propositionem Sacram Scripturam diligenter legere, & ponderare, germanumque sensum, & non extortum inquirere, ac pro illum firmas, & æterna veritatis maxime efformare, quibus utitur pro tempore opportunitate. Et ubi sensus literalis haberi non potest, ad alios sensus est attendendum.

Juvat sacros Expositores, sacrorum Concionatorum argumenta, ac materiam indices persolvere, & imitari.

Sed illud permaximè prodeat ad firmas, profundioresque propositiones inveniendas, ad Orationem mentalem contrahendam, atque in ea exerceri: in hac enim ipse Spiritus Sanctus mentem interiori illuminat, & profunda Cælestium Misteriorum arcana velat. In hac quippè schola Sancti Patris

scientia haud humanitus acquisita, sed potius divinitus infusa, tot solidas veritates, & inconcussas doctrinas didicere, totque volumina conscribere.

EPILOGUS,

424 **S**eu peroratio, est terminus orationis. Terminatur saepe sermo sine commotione, praesertim quando sententia aliqua explananda est, & cras litteris sumitur, ut fecit S. August. in sermonibus ad populum dicens. *Hae retinete, hinc fidei animas vestras subjungate, à Christo Domino pramisa consecuturi Caelestis Regni.*

Vtile tamen est, saepe cum aliqua commotione animi orationem concludere: commotionis autem Christianae quatuor sunt species: scilicet *Timor, Spes, Dolor*, seu poenitentia, & *Lætitia*: hinc, ut auditorum animos excitet, poterit hos locos Ecclesiasticus Orator sibi praescribere, videlicet, ut ab illecebris Diaboli, à Mundi amore, à domestica voluptatum tyrannide illos abducat, aut ipse pro auditoribus poenitentibus loquatur, aut faciat eos interdum orantes, atque deprecantes; aut deplorat, deprecetur etiam cum lacrymis; non longa tamen oratione, cum nil citius arefcat, quam lacryma.

QUO ORDINE DISPONENDA SIT CONCIO.

425 **I**n principio sermonis, seu in Exordio Ecclesiasticus Orator, de quo sibi dicendum sit, proponet: deinde, quod propositum fuit, explanabit: definitione utetur, divisione, tertum distinctione: brevem nonnunquam rationem subjiciet: exemplo, & similitudine rem declarabit: breviter interdum digredietur, ita tamen, quod unde deflexit oratio, eodem iterum redire significet: concludat interdum singulis argumentis, nonnum-

quam pluribus explicatis. Quae explicaverit, cum iis, quae sequuntur, conjunget, ad ea insensibiliter transiens, & tandem pro ultima conclusione ferventiora, & magis penetrantia adhibeat verba, interdum apposita, breviter recapitulando discursum, ut melius in audientium memoria permaneat. Talem etiam adhibeat methodum, ut à principio usque ad medium concionis auditores instruat, ac deinceps usque ad finem moveat, & pios affectus ultimo loco excitet.

DE PERSPICUITATE ORATIONIS ECCLESIASTICÆ.

426 **P**erspicuitas Orationis in hoc consistit, quod Ecclesiasticus Orator utatur in dicendo verbis, & nominibus magis propriis, ac communibus, quae videlicet communi loquendi usu recepta sunt, non autem obscuris vocabulis, vel translatis, quae non versantur in usu; quomodo enim persuadere poterit, si non intelligatur? Excipe tamen ea, quae propriis vocabulis explicata, sine veracundia, vel horrore audiri nequeunt, ut sunt quaedam corporis partes, & etiam aliqua peccata nefanda, quorum nomina propria omnino sunt supprimenda, & circumlocutione explicanda.

QUOMODO PRÆDICARI DEBEAT?

427 **A**d hoc ut Prædicatio Verbi Dei finem suum sortiatur, sex praesertim requiruntur, id est *Divini auxilii imploratio*, *Decorum Prædicatoris*, *Judicium in dicendo*, *Emendata locutio*, *Pronuntiatio*, & *Actio*.

DE IMPLORATIONE DIVINI
AUXILII.

428 **P**incipium elocutionis, & totius Ecclesiasticæ eloquentiæ à Divini auxilii imploratione sumendum est; quis namque audeat de Deo sine Deo fieri, aut divinis sine ope divina tractare? Idcirco, nisi meditatione procedente, & precibus ad Deum fufis, nemo debet ad verbum Dei enuntiandum affurgere, ne aliquando divino destitutus auxilio, præclarissimum hoc manus de decoret. Hortatur etiam, ut nisi prius celesti pane refectus, Angelicum hoc ministerium non subitet.

DE DEDECORE SERVANDO.

429 **N**onnullæ præscribuntur leges, ut *Decor* tum Prædicatoris, tum prædicationis servetur, 1. Requiritur, quòd vita Oratoris ab Oratione non discrepet, ne de ipso dictum Salvatoris, Math. 6. 23. verificetur: *Hi sunt, qui dicunt, & non faciunt; neque enim faciliter persuadebit Orator, si illud, quod verbis docet, moribus contradicit.*

2. Ne unquam falsum dicat, vel mendacia proferat, nec etiam si speret inde animas omnes peccatorum ad pœnitentiam se posse convertere; Deus enim nostris mendacis non eget.

3. Ne auditoribus aduleatur, eos variis epithetis, & titulis frequenter laudando, quamquam aliquando, si suo loco, & tempore adhibeantur, aliquid valent; sed parcè illis utendum est; aptius enim esset appellare *fratres, sorores in Christo: animas à Deo benedictas: animas Christianas: populum Dei: filios charissimos: dilectissimos auditores, & similibus.*

4. Ne se ipse jactet, aut suas res pulcherrimas non antea auditas se dicturum pollicen-

do; vel narrando se in aliis locis dixisse, & admirationem concitasse.

5. Tandem, ne supervacaneis, & inutilibus verbis tempus conterat.

DE JUDICIO IN DICENDO.

430 **J**udicium, seu Prædicatoris providenter inquirat mores, & præcipua virtutum Civitatis, Oppidi, aut loci: ubi est concinaturus, ad hoc, ut pro diversitate morum opportuna adhibere possit medicamina; non enim eadem ubique collytia sunt applicanda similiter concionem suam ad ingenium, & conditionem audientium accomodare solet; sicut enim non deceat pauperes, vel vicos objugare de opiparis epulis, & de velum pompa; ita neque deceat ad ignorantem, quæ intellectu difficilia sunt, prædicare: tendere igitur debent concionatores pro statum, & conditionem audientium, & circumstantias alias loci, temporis, & concinatur eis illud Jerem. Thren. cap. 4. *Parvi petierunt panem, & non erat, qui frangeret ei*

DE EMENDATA LOCUTIONE.

431 **E**mendatam locutionem in concinendo commendat Noster pater S. Franciscus Fratribus suis in 9. c. Regule in verbis: *Moneo quoque, & exhibeo vestram Fratres, ut in prædicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, & utilitatem, & edificationem populi.*

Ad hoc igitur, ut emendatè loquatur Ecclesiasticus Orator, hæc observare debet. Caveat. 2. Ne solaciosis, ac barbarissimis auditorum aures offendat.

2. Ne verbis jocosis, vel facetiis risu excitantibus, aut minus honestis sermonibus, vel descriptionibus, obscenitatem potius quàm pietatè sapientibus, aut fabellis, vel

utatur, ne fructum animarum amittat, & sus-
picionem præbeat de se ipso.

3. Ne *falsi fortune, infortunii* nomine, alia-
que id generis ab Ecclesiæ usu jam pridem
explosa, frequenter usurpet. Neve Deos, vel
Deas, nisi improbando, vel deridendo genti-
lium fatuitatem, appellare audeat, quos illi
tquam Deos veneraverit.

4. Ne anicularum adhibeat proverbialia.

5. Ne prædicet miracula falsa, vel incerta,
aut prophetias per Sacram Scripturam non
approbatas, & à fortiori à se ipso temerè ex-
cogitatas: dicendo, Deum, vel Christum locu-
tū fuisse; quod execranda hypocrisis est. De
istis enim conqueritur Dominus, Ezech. c. 13.
dicens: *Va Prophetis insipientibus, qui sequun-
tur spiritum suum, & nihil vident.*

6. Ne historias narret, vel explicationes
Scripturæ adhibeat, quæ ex apocryphis Scri-
ptoribus sunt desumptæ.

7. Ne Prælati Ecclesiæ, vel Religiosis, aut
Ecclesiasticis detrahat, vitia eorum nomina-
tim propalando, sive verbis expressis, sive æ-
quipollentibus. Dixi *nominatim*; quia licitum
est Concionatori generalibus verbis, vitia
etiam Prælatorum, & Ecclesiasticorum
dulciter reprehendere. Et quod dixi de per-
sonis Ecclesiasticis, etiam de secularibus est
intelligendum; cum hoc tamen discrimine,
quod nunquam de pervertis quorundam
Prælatorum, vel Sacerdotum moribus agat,
quin etiam de prælatura, vel Sacerdotii dig-
nitate, & auctoritate multa dicat.

8. Quod in vitis reprehendis à contumeliosis,
injuriosis, & execrationibus se absteineat;
non enim ad rixandum, sed ad monendum
facit Orator pulpitem ascendit: *v. tom. 1. ver.
continmela.*

9. Quod nunquam de Prædestinatione lo-
quatur, quin aliqua de libro hominis arbitrio
attingat.

10. Quod nunquam matrimonium ita
laudet, ut virginitatem ei non anteponat.

11. Ne contra piam, & communem sen-
tentiam de Immaculata B. Mariæ Virginis
Conceptione aliquid dicere, vel disputare
audeat.

12. Ne alicujus Sancti Patris sententiam
temerè refutet.

13. Ne singulares quasdam opiniones [ut
ceteris doctior videatur] in medium afferat,
sed tantum illas, quæ non sunt ab Ecclesiæ
usu & consuetudine aliena, & quæ cum pro-
batis Ecclesiæ Doctoribus sunt consentanea,
proferat.

14. Ne civiles Magistratus, vel Dominan-
tes, vel Rectores Civitatum, & locorum al-
perius objurget, sed si aliquando opus erit,
piè admoneat.

15. Ne iratum se ostendat, eo quia ali-
quando corona frequentium auditorum ipsi
deficiat.

16. Tandem, quod in univèrsam ab illis
verbis abstineat, quæ decorem orationis, vel
Oratoris minuunt, aut tollunt; vel admira-
tionem, scandalum, diffamationem, jurgia,
errores, & similia in audientibus causare pos-
sunt; sed sapienter, clarè, humiliter, modeste,
& cum prudentia loquatur, ut decet Sacrum
Oratorem.

DE PRONUNTIATIONE.

433 **P**ronuntiatio, quæ est maxima artis o-
ratorie pars, in idiomate, & vocis
moderatione consistit.

DE IDIOMATE.

433 **U**nusquisque (regulariter loquendo) in illo idiomate, ac in ea lingua, in qua natus est, prædicare debet, ut majorem, atque uberiores fructum ex sua prædicatione auditorum animæ percipiant, maxime in propria Regione, ubi aliena lingua non ab omnibus universaliter percipitur; caveat tamen vocabula nimis rudia, & aspera, quibus scilicet genus infirmæ plebis, & mulierculæ uti solent; sed nobiliora eligat, & perpolitata, quæ videlicet à viris doctis, & civilibus communiter adhibentur.

Dixi regulariter loquendo, quia si in aliena Regione prædicet, & præsertim, ubi nativum idioma minime percipitur, vel pro vili habetur, tunc studere debet in idiomate communiore, & magis accepto prædicare, quod est v. gr. in Italia idioma Etruscum cum pronuntiatione Romana.

DE MODERATIONE VOCIS.

434 **V**ocem debet ita Ecclesiasticus Orator moderari, ut ab oratione non discordet, sed rebus, quas tractat, vox sit accommodata aliud enim vocis genus, nempe acutum, & concitatum requiritur ad exprimendum zelum Dei; aliud, scilicet humile, & demissum ad consolandum peccatores timore propriæ conscientie perterritos. Ad exprimendum gaudium, vox esse debet lenis, & remissa. Ad dolorem animi manifestandum, vehemens quidam, & gravis sonus vocis requiritur.

Itaque non debet Orator immoderatis vociferationibus uti, ubi remissa vox requiritur, & lenis: neque uti leni, & remissa voce, ubi aliqua facessit asperitas, ne fri-

gida evadat oratio; similiter quantum ad molliem, vel magnitudinem non debet nimiam in dicendo tarditatem, & intermissionem effugiat. Et tandem omnem castitatem vitare studeat, sed solum familiaritatem, libertatem, & naturalem, & dicendi formam habeat; caveatque ne uno semper voci sonu ta constet oratio.

DE ACTIONE.

435 **A**ctio Oratoris, quæ est in finibus pronuntiationis comes, & complementum, in motu, & gestu corporis consistit: debet ergo Ecclesiasticus Orator in modo, quo vocem, gestum rebus accommodat, de quibus tractat. Oculi sunt præcipue pronuntiationis comites, quorum in oratione remissione, conjectu, & hilaritate affectus exprimentur.

In gestu itaque, & motu corporis Concionator cavere debet: scilicet, ne eodem semper gestu, neque eandem manum composita; neque semper eandem vultum moderatione utatur. Ne pulpitum manibus percussat, nisi quando rei magnitudo postulat.

Ne per pulpitum curset, vel saltet. In pulpito usquam corpore innatet, in medium corpus demittat, sed rectus sit, aut sedeat. Ne, quando maxime commovere studeat, oris speciem immutet, & risum potius, quam commotionem excuset, nec labia lambat, vel mordeat. Ne caput inclinat. Ne supercilia contrahat, & ducat, vel remittat. Ne humeros attolat, nec rursus contrahat. Ne brachia in tempore gladiator immoderate projiciat, quæ moderatè projectum sit telum orationis interdum tetur animam. Ne similitudinem habet, nisi in maximo sermonis calore, manum supra os, vel oculos immedie projiciat, nec demittat infra pectus. Ne

ad femur apponat, nisi raro, cum ad indignationem movere voluerit. Ne pede supplantat, nisi cum de rebus maximis agit. Ne digitorum gestum indecorum adhibeat: nec ipsorum argutis utatur. Ne crebro expuat, vel tussiat, nisi necessitate coactus.

Alia indecora similia fugiat, studeatque,

ut actio sit libera, ac naturalis, non affectata; item nobilis, generosa, & spiritu plena, sancta continens, & sine præcipitatione: quod totum facillimè consequetur, si in principio suæ exercitationis in hac arte concionandi peritos Magistros consulat, à quibus erudiat, & corrigatur.

P A R S T E R T I A

Examen Missionariorum.

436 Quoniam ipsum Missionarii nomen apertè satis admonet, eum, quantum præcipuum Apostolicum opus aggredi cupit, debere esse Missum; dicente Apostolo ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Ideò primò advertit unusquisque, qui talentum verbum Dei annuntiandi obtinuit, ne temerè ad hoc munus obeundum se ingerat, sed solum, si Deo interius inspirante, ab ipso sit vocatus tanquam Aaron; quod facile dignoscere poterit, si pro unico, & principali fine habeat, minimè temporale aliquod emolumentum, sed Dei gloriam, & Animarum profectum. Et tunc obtenta prius Ordinationis facultate, suorumque Superiorum benedictione, opustam Deo charum aggredietur.

437 Secundò, Hoc peracto, eum uno, vel duobus locis (prout loci Ordinario placuerit) omnium devotione, ac modestia ad civitatem pergens, seu locum, ubi Apostolicam missionem exercere voluerit; antequam incipiat, præmonitum faciat Parochum de suo adventu, & fine, ut ille sibi assistat, & faveat in cunctis, quæ ad suum Ministerium conducent.

438 Tertio. Civitatem, seu locum ingrediens, unus imaginem Crucifixi anteferat; alter verò campanulam, qua dato triplici signo, alta voce laudabit Sanctissimum Jesu Christi Nomen, vel Sacramentum, & Immaculatæ Virginis Mariæ sine macula originali Conceptæ.

439 Quarto. Magis elevando vocem, dicat: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos*; vel alium consimilem textum; aut aliquam orationem jaculatoriam lingua vulgari, quæ sibi ad commovendum populum, ipsumque ad Ecclesiam convocandum magis apta videbitur.

Hinc quasi processionaliter incedentes, Litanias B. M. V. canere poterunt, vel coronam recitare, & plateas, aliaque loca populo magis frequentia transeundo, aliquantulum sistat, & verba aliqua exhortationis faciat ad excitandos otiosos: *Quid hic statis tota die otiosi? Quarite Dominum, dum inveniri potest*; vel aliud simile, & sic omnes post se conabitur trahere.

440 Quintò. Cum in Ecclesiam fuerit populus congregatus, pulpitu Missionarius ascendat, & primùm de ipsa Missionis sermo-

Ccccc

neat

nem habebit, pro quo assumere poterit thema illud, Exodi 3. *Qui est, misit me ad vos*: Ostendens se tanquam Moysen à Deo Missum ad eos liberandos ab hujus presentis sæculi Egypto, & à miserabili servitute diaboli.

Sermonem autem in tria puncta dividere poterit, differendo videlicet: Primo, de Dei gloria, Secundo; de Animarum salute. Tertio, de Emendatione vite, Invitet omnes ad penitentiam, ad compunctionis lacrymas & ad peccatorum suorum integram, atque lacrymabilem confessionem; pro qua excipienda, sese, ac focium exhibeat, si is quoque Confessarius fuerit; nec non alios probos adeundos Confessarios pro faciliiori expeditione adhortetur.

Denique, Si Indulgentiam plenariam teneat [uti Missionarii mei Ordinis tenent, ex *num.* 445,] habita prius Ordinarii benedictione, & in Regis Bullæ Commissarii Cruciate licentia, Indulgentiam publicet, & ad illam designata die [quæ poterit esse ultima, & Dominica] lucrandum invitet.

441 Sexto, Quolibet manè Missam celebrabit, in cuius fine [si circumstantiis loci, & personarum attentis, judicaverit expedire] haud parum utile erit (si verba pauca, sed fructuosa ad auditores habeat, aliquid Missæ mysterium, vel textû currentis Evangelii, seu Epistolæ, breviter declarando: Et post gratias Deo actas reliquum Matutini temporis in audientis Confessionibus infumet, vel in aliquod aliud pietatis officium; ut in sedandis inimicorum odiis, in assistendo moribundis, in Sacramento Eucharistiæ ad infirmos associando & in aliis similibus pietatis, & charitatis operibus, ostendens se in cunctis Animarum salutem, Dei que cultum, & famulatum querere

442 Septimo, Actum missionis perficiet hoc pacto. Populum prevenire poterit affi-

gendo per locum tesseras convocante, in quibus dies, & horas Missionis, & Concionis notentur. Die præfixa accedente, cum per solita Campanæ signa evocabit. Et si opus fuerit, ipse cum socio Vespertina hora cum Crucifixo, & campania ad eundem convocandum exiet, & secum ad locum perducet.

Ibi post Vesperas ad locum aptatum abiens, per horæ dimidium, doctrinam Christianam, articulo si que fidei explanabit. Utinam erit, & simul jucundum, si fiat per oppositionem puerorum aptiorum, ad hunc effectum prius selectorum, & tunc ante Missionariorum coram populo dispositorum, quorum unus Missionario de articulo Doctrinæ Christianæ interrogatum, si erit, alius corrigat, & Missionarius super illo puncto suam declarationem addat, sicque prosequatur.

Post dimidiam horam doctrinæ Christianæ, quadrantem horæ cum populo genibus expendet in oratione mentali, vel vocali ipsam dirigenda pro S. Rom. Eccles. institutione. Principum Christianorum pacem concordiam, & hæresum extirpationem.

Statim [si fieri poterit] aptus Sacerdos aut Clericus, in organo [si pullari poterit] ut propè Missionarium stans cantum in voce loci modestè canere poterit, que sit materia concionis conformis.

Inde Missionarius in eo loco, aut in populi consuetudinem habebit per tres horæ quadrantes, in cuius fine diem, & horam futuræ concionis consignabit.

Prima concio esse poterit de confessione, ejus partibus essentialibus, maxime peccatorum integritate, dolore, proposito. Aliis vero diebus sequentibus materiam concionum infumet, prout melius animarum necessitas viderit expedire: Videlicet de quatuor: Nativitate, Morte, Judicio, Inferno, & Paradiso.

De Dei misericordia in parcendo verè poenitentibus. De malo procrastinantium converti ad Deum. De gravitate, & sæditate peccati mortalis.

Supra omnia autem valdè fructuosum erit imò necessarium de decem Præceptis Decalogi, de Præceptis Ecclesiæ, & septem vitiis Capitalibus sermones contexere, ut plebs ignara clarè, & distincta legem Dei addiscere valeat, & quæ observare, quæque vitare teneatur, agnoscatur, ne forè de ipsius Prædicatoribus suis conqueratur Dominus, dicens: *Parvuli peterunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Hinc haud parùm proficuum erit, si aliquibus diebus à diebus concionis distinctis horam ad doctrinam Christianam, & præmissa præcepta explananda assumet, de quibus quid discendas fuscè habes in tomo I.

443 Octavo. Hoc saluberrimum Sacræ Missionis exercitium haud habet præscriptum tempus. Perdurare autem solet per quindecim, decem, aut octo dies, Protrahi potest ad mensem, si necessitas postulet; quod magis expediens esset pro doctrina Christiana in oppidis, & locis rudibus,

Et tempore poterunt quinque, aut octo conciones, uti supra num. 242. fieri; juxta locorum, & personarum opportunitatem.

443 Nonò denique, Ad magis excitandam populi devotionem, poterit Missionarius sua Missionis tempore duas, aut tres Processiones ordinare cum interventu Cleri. Primam in principio Missionis pro dispositione, ut dictum est à num. 437. ad 440.

Secundam in medio pro poenitentiae exemplo ad peccatores commovendos, in qua deferentur imaginem Crucifixi grandem cum luminibus, quantum fieri potest, ferentibus Clericis Sacerdotibus, Religiosis, aut confratribus, & congregatis supra caput, & collum poenitentiae, ac mortifica-

tionis instrumenta. Et tunc sermo erit de Passione Domini, vel de poenitentia agenda in remissionem peccatorum.

Tertiam tandem processionem faciet in fine Missionis pro gratiarum actione, quæ fiet cum lætitiâ magna, simul & devotione, deferendo imaginem Beatissimæ Virginis festivè ornatam campanis pulsantibus, canendo hymnum: *Te Deum laudamus*, insuper gaudii, ac laudis Psalmos: & Cantica. Inde erit sermo de gratiis Deo agendis pro beneficiis cunctis tum spiritualibus tum corporalibus, generalibus, & particularibus, præcipuè ipsius Missionis tempore ab omnium bonorum largitore collati, Cui & Ego præ cæteris gratias ago, pro hujus *Examinis Ecclesiastici* Initio, Incremento, & Meta.

INDULGENTIA PLENARIA

Concessa Missionarij Ordinis Minorum de Observantia Sancti Patris Francisci, & Christi fidelibus, ad quos iidem Missi accedierint.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Universis Christi fidelibus præsentis litterarum inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem.

445 **C**œlestium numerum thesauros quorum dispensatores esse nos voluit Altissimus, libenter iis impartitur, quos pro sua in Deum, & proximos charitate, & Christianæ Religionis zelo, animarum salutem omni studio procurare intelligimus. Quo in genere cum Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci de Observantia habeamus, eosque in primis, quos Dilecti Filii eorumdem Fratrum Superiores ob hanc causam hoc ipso, & consequentibus annis in diversis

Ccc cc 2. Provis.

„Provincias Christianæ Republicæ mittere
 „constituerunt: Nos sanè eorundem Fra-
 „trum pietatem, ac operam, eorumque, ad
 „quos illi mittendi erunt, religionem, & de-
 „votionem spiritualibus gratis confove-
 „re, atque augere cupientes, supplicatio-
 „bus dilecti filii **Marthæ** à Sancto Stephano
 „dicti Ordinis **Ministri Generalis** Nobis su-
 „per hoc humiliter porrectis inclinari, piam-
 „que illius deliberationem, quantam cum
 „Domino possumus, promovere volentes,
 „de Omnipotentis Dei misericordia, ac
 „Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus
 „auctoritate confisi, omnibus & singulis
 „Fratribus dicti Ordinis, tam Reformatis,
 „quàm non Reformatis Ministro Generali,
 „eiusdem Ordinis subjectis, ad Missiones in
 „quibusvis locis de Ordinariorum licentia
 „respectivè exercendas in futurum mitten-
 „dis [ubi tamen non erunt Missionarij Con-
 „gregationis de Propaganda Fide] & alijs
 „utriusque sexus Christi Fidelibus, ad quos
 „ipsi mittendi accesserint, nostram, & Apo-
 „stolicam benedictionem per presentes im-
 „partimur: Necnon iisdem verè poenitenti-
 „bus, & confessis, ac Sacra Communio-
 „ne resectis, qui pro Sanctæ Romanæ Ec-
 „clesiæ exaltatione, Principum Christiano-
 „rum unione, infidelium conversione, hæ-

„resum extirpatione, prout unicuique sig-
 „geret devotio, pias ad Deum preces effu-
 „derint. Plenariam omnium peccatorum
 „suorum Indulgentiam, & remissionem mi-
 „sericorditer in Domino auctoritate Apo-
 „stolica tenore presentium pro una vice
 „dumtaxat pro unaquaque Missionis de-
 „dinariorum locorum licentia respectivè
 „cienda, concedimus, & elargimur. His-
 „tantes Venerabiles Fratres, Patriarchas,
 „Primates, Archiepiscopos, Episcopos, &
 „alios Ecclesiarum Prælatos, & Rectores,
 „ac verbi Dei Prædicatores, ut in suis que-
 „que Ecclesijs, eùm populos frequentem
 „fuerit, presentes litteras, & omnia
 „contenta publicent, & publicari faveant,
 „ac omnem eidem Fratribus, tam Reformatis,
 „tis, quàm non Reformatis favorem, & co-
 „xilium in præmissis præstent. Volumus
 „tem, ut presentium transumptis, etiam
 „impressis manu alicujus Notarii publici
 „subscriptis, & sigillo personæ in Eccle-
 „stica dignitate constitutæ obsignatis, et
 „prorsus fides adhibeatur, quæ ipsorum
 „sentibus adhiberetur, si forent exhibita
 „vel ostensa. Datum Romæ apud S. Ma-
 „riam Majorem sub Annulo Piscatoris, die
 „xx. Augusti, M. DC. XCIX. Pontificatus
 „nostri Anno Nono.

I. F. Cardinalis Albani

LAUS DEO,